tum incõueniẽs est ꝙ motus processiuus est propter distãtiã delectabilis ꝯuenietis: i celo aũt nõ est distãtia talis delectabilis ꝯuenientis. ¶ Si forte dicaᷣ ꝙ aĩe celi nõ est eadẽ ratio cũ aĩabus aĩaliũ que sunt actus phisici ⁊ organici corporis poᵃ vitã hñtis. ¶ Adhuc obijciᷣ in cõtrariũ aliter. in omni enim motu aĩato motus corporis cõtrariaᷣ motui aĩe. Huius probatio est per inductionẽ ⁊ syllogismũ q: inductio quidẽ est in oĩbus aĩalibus natãtibus ⁊ uolãtibus ⁊ repẽtibus. hoꝝ enim oĩum corpora grauia sunt ⁊ tẽdunt deorsum ex natura corporis: cum tñ ab aĩa feranᷣ sursum ⁊ retrorsuꝫ ⁊ dextrorsuꝫ ⁊ sinistrorsum. Per syllogismũ sic. nullũ corpus lassatuꝫ ⁊ corruptũ multitudine motus alicuius moueᷣ motu illo ſm nãm suã: sed extra nãm omne corpus motũ multitudine motus ꝓcessiui est lassatũ ⁊ corruptũ. ergo nullum corpus motũ motu ꝓcessiuo est motũ motu illo ſm nãm suã. Ad hoc rñdet quidã phus in libro de suba orbis ꝙ motus circularis in celo est aĩe ſm ꝙ est aĩa ⁊ ꝙ in celo nõ est nisi motus aĩe ⁊ nõ corporis: ⁊ ideo nõ inducitᷣ ibi lassitudo ex cõtrarietate motoꝝ. s. aĩalis ⁊ naturalis. Sed cõtra quicqd est aĩe ſm ꝙ est aĩa est oĩs aĩe. si ergo motus circularis est aĩe ſm ꝙ est aĩa est oĩs aĩe qđ ad oculũ patet esse falsum. Si dicaᷣ ꝙ est aĩe intellectualis adhuc patet esse falsum: q: homo nõ moueᷣ circulariter. Si dicaᷣ ꝙ aĩa celi ⁊ aĩa hoĩs intellectualis nõ sunt vnius rõnis ⁊ ideo aliqđ ꝯuenit aĩe celi qđ nõ cõuenit aĩe hoĩs: sed sic motor celi nõ erit aĩa nisi ſm ꝯuenientiam in noĩe tñ. Preterea hoc erit cõtra phos qui utrãqꝫ aĩam. s. celi ⁊ hoĩs diffiniũt duobus. s. per intelligere ⁊ mouere ſm locũ. Si forte dicaᷣ ꝙ ille motus dicaᷣ aĩe ſm ꝙ est aĩa q: est aĩe preter cõiunctionẽ ad corpus illud. hoc erit cõtra Aristotelẽ in de celo ⁊ mundo. quia ipe vult ꝙ omne corpus hẽat nãlem motũ uel a medio uel ad mediũ uel circa mediũ. Si ꝓpter hoc dicatur ꝙ motus aĩe celi nõ est diuersus a motu corporis eius. s. ꝙ celũ de natura sui fertur circulariter ⁊ aĩa celi mouet motu eiusdẽ: ⁊ ideo dicit phus nõ est ibi alius motꝰ nisi motꝰ aĩe tñ. ¶ Cõtra quicũqꝫ motores in vno ⁊ eodẽ mobili efficiũt vnũ motũ numero ipsi sunt vnius nature. Ueritas huius ꝓpõnis habeᷣ ex. xjᵒ methaᶜᵉ. ubi numerus motoꝝ ꝓbaᷣ per numerũ motuum ⁊ ꝑpetuitas motoꝝ ex perpetuitate motuũ. Prima ratio est ad hoc ꝙ potẽtie actiue ⁊ motiue diffiniunᷣ per actus ⁊ operationes suas. Si igiᷣ aĩa celi ⁊ natura corꝑis celi moueᷣ motu eodẽ numero ipsa erit eiusdẽ nature ⁊ eiusdẽ eẽntie numero. ¶ Hanc qõnem totã determinat Damascenus in 2ᵒ libro capᵒ 6ᵒ. per iterꝑtationẽ vnius partis sic dicens. nullus aũt aĩatos celos uel luminaria existimet: inaĩati eniꝫ sunt ⁊ isensibiles: q: ⁊ si dicat diuia scriptura letenᷣ celi ⁊ exultet terra: eos qui in celis sunt angelos ⁊ qui in terra hoĩes ad letitiaꝫ uocat. nouit enim scriptura ⁊ ꝓsopeia. i. ꝑsonarũ fictione uti ⁊ ut de animatis de inaĩatis loqui. sicut illud quid est tibi mare ꝙ fugisti ⁊ tu iordanis ⁊c̃. ⁊ ita videtur ꝙ celũ nõ hẽat aĩaꝫ.

¶ Solutio nos cuꝫ sanctis ꝯfitemur celos nõ hꝛe aĩas nec esse aĩalia si aĩa ſm ꝓpriã rõnem sumaᷣ. Sed si uellemus phos ad idem reducere cuꝫ sanctis dicemus ꝙ quedã intelligẽtie sunt in orbibus deseruiẽtes primo in motu orbiũ. ⁊ intelligẽtie ille dñr aĩe orbiũ ⁊ nõ vniuoce cum intelligẽtijs hoĩum eo ꝙ nõ egrediunᷣ in actuꝫ per abstractionẽ a fantasmatibus sed ipse reuertunᷣ sup essentiã suã: ⁊ per essentiã sup aliud reditiõe cõpleta. sicut enim dicit in libᵒ de causis in xijᵃ ꝓpõne. Oĩs enim intelligẽtia intelligit essentiã suã. Et uerũ in ꝓpõne 14ᵃ. Oĩs sciens qui scit essentiã suã est rediens ad essentiaꝫ suã reditione cõpleta ⁊ ideo ille intelligẽtie nõ habent duas potẽtias. s. intellectũ ⁊ appetitũ mouentẽ ſm locũ nec hñt cõparationẽ ad orbes ſm istã rõnem aĩe que dicitᷣ ꝙ aĩa est endelechia corporis organici phisici potẽtia vitam hñtis. q: ista ratio ꝑ prius ⁊ posterius ꝯuenit intellectui ⁊ sensibili ⁊ uegetabili. intellectus enim nullius corporis est actus q: nõ utitur organo corporis: nec in se nec in suis oꝑationibus. Aliogn non hẽret aliquã oꝑationem extra corpus ⁊ oporteret ipm destrui destructo corpore: sicut destruitur uegetabile ⁊ sensibile in brutis. operaᷣ aũt ad corpus ut nauta ad nauẽ hoc est ſm rõnẽ mouẽdi ipm ⁊ regẽdi sicut dicitᷣ in liᵒ de aĩa. ⁊ in secunda ꝓpõne de causis. Oĩs intelligẽtia diuina scit res per hoc ꝙ est intelligẽtia ⁊ regit eas per hoc ꝙ est diuina ⁊ dicitᷣ diuina intelligẽtia ibi participãs oẽs bonitates diuinas a primo motore qui est deus. Qđ aũt hec sit sententia phoꝝ patet ex uerbis eoruꝫ. sic enim dicit Raby moyses 2ᵃ collatiõe ducis neutroꝝ. Nullus sic dicit cito ꝙ celũ hẽat aĩam. hoc aũt cõprehẽdit labore itellectus. auditor autẽ putat ꝙ illud longe sit a sciã qñ ascendit in cor eius: cum dicimus ꝙ hẽt aĩam ꝙ illa aĩa est sicut hominis uel asini: sed nõ est ista ratio dicti. est aũt rõ eius ꝙ motus ipsius localis oñdit q: in ipso est principiuꝫ a quo moueᷣ sine dubio ⁊ illa virtus prima dicitᷣ aĩa. Eandem sñiam dicũt Aueroys ⁊ Auicenna ⁊ fere oẽs phi.

¶ Ad ꝓmũ ergo qđ obijciᷣ de libro aĩe patet solutio: q: nõ per hunc modũ determinaᷣ aĩa in libro de aĩa ꝑ quẽ dicitᷣ intelligẽtia mouẽs orbem aĩa: q: nõ est de speculatione nãlis cum sit suba separata a materia cõmixta cõtrarijs sed potius determinaᷣ in xjᵒ methaᶜᵉ. Per hoc etiam patet solutio ad scđm. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ intelligẽtia mouẽs orbem intellectũ nõ habet abstrahentẽ a fantasmatibus. Et si obijciᷣ qđ Auicẽna dicit ꝙ habet fantasiã ⁊ imaginationẽ. Rñdendũ est ꝙ ipse uocat fantasiã ⁊ imaginationẽ applicationẽ intellectus ad particularia nature. ¶ Ad hoc aũt qđ queriᷣ utrũ sua scientia sit uľis. dicẽdũ est ꝙ nec est uľis nec ꝑticularis nec vniuoca nr̃e scie uľis nõ est ꝑꝑ rõnẽ iductã. ꝑticularis non est: qa illoꝝ nõ est disciplia ut dicit Plato. Uniuoca nr̃e scie nõ est q: non oritur ab ente per abstractionẽ ut nr̃a sciã. Qualr̃ aũt sit intelligendũ accipiᷣ ex hoc ꝙ omnis causa cognoscẽs se inquãtũ causa est cognoscit causatuꝫ suum: omne causatũ cognoscẽs inquantũ causatum est cognoscit cãm suã. vnde dicimus ꝙ motores spherarũ per motũ causarũ causant oẽm diuisibilitateꝫ que est in inferioribus ſm nãm: ⁊ ideo cognoscẽtes se inquantuꝫ cause sunt cognoscunt nãlia oĩa. silr̃ inferiores motores spherarũ cognoscũt suꝑiores per hoc ꝙ sunt moti ab eis ut desideratũ mouet desideriũ. Et ita patet ꝙ hec scientia nõ est in uľi nec in particulari: per hoc eñi ꝙ cognoscunt se cognoscunt uľia ⁊ particualaria causata a motoribꝰ suis. ⁊ hoc est qđ dicit phus in 7ᵃ ꝓpõne libri de causis. Oĩs itelligẽtia scit qđ est supra se ⁊ qđ est sub se. Et scit qđ est sub se qm̃ est ei causa. ⁊ scit qđ est supra se qm̃ acquirit ab eo bonitates. Per hoc etiam patet ꝙ intellectus motoꝝ completior est intellectu humano: ⁊ habent sciam ꝓpterquid ⁊ intellectus eorũ est motus ſm predeterminationẽ determinati operis ⁊ non erroneus sicut videᷣ ꝓbare obiectio ⁊ semꝑ est rectificatus in oꝑe eo ꝙ nunqꝫ accipit rem nisi per illud quod est uere causa ſm nãm. ¶ Ad hoc aũt qđ obijciᷣ de Ysaac, dicimꝰ ꝙ ipse appellat uľe spẽm ⁊ rõnem per quã intelligunt motores. hec enim est ratio sube motoꝝ ſm ꝙ est causa etiam ipsi sunt cause uľes in tota natura que cause determinanᷣ ad hoc ⁊ illud ſm ꝙ portiones causatas ex diuerso situ stellarũ ⁊ diuerso motu orbium. ¶ Ad id qđ obijciᷣ ꝙ in celo tñ sit principiũ motus ſm locum dicimus ꝙ hoc nõ est uerũ: immo est in celo ſm phos intellectus ⁊ motiuũ ſm locũ. ¶ Ad hoc aũt qđ queriᷣ utrũ moueat ſm nãm uel motu ꝓcessiuo dicimus ſm phm in libro de suba orbis ꝙ ſm nãm ⁊ nõ est simile de leui ⁊ ꝗui in elemẽtis: q: suba leuis ⁊ grauis nõ diuersificãtur in eodẽ corpore ſm ante ⁊ retro ⁊ dextruꝫ ⁊ sinistrũ

z superius z inferius: z ideo motus iste nō est motus intelligentie sed talis diuersitas non est in corpore celi z ideo motus eius est motus intelligētie. oīa aūt que ostēdunt φ nō est motus pcessiuus cōcedimus de plano. z ideo q: pcessiuus motus est ad salutē subiecti que salus diffusa est in locis diuersis ad que mouet aial z tali salute nō indigēt corpora celestia ut dicit in libro de sba orbis. Cōcedimus aūt φ intelligentia que dicit aīa z motor orbis non fm eandē rōnem dicit aīa cum intellectu hoīuz: sed per prius z posterius lʒ enim utraqʒ determinent per itelligere z mouere nō sunt vnius rōnis hinc inde ut patet ex pdictis. ¶ Ad hoc aūt qd obijcitur de cōtrarietate motus corporis ad motū aie. Dicēdum φ hoc est uerū in hijs que mouent pcessiue: sed in hijs in quib⁹ aīa mouet fm nām corporis nō accidit lassitudo uel labor ex motu aie. ¶ Ad hoc qd dicit phs φ est ibi motus aie tm̄. Dicendū φ hoc intelligit φ aīa non mouet alio motu q̄ʒ fm nām illius corpis. ¶ Ad id quod obijcit in cōtrariū dicendū φ hoc nō cōuenit omni aie mouere enim nō est vnius rōnis in motore superiori z in motore aialiuz. ¶ Ad aliud dicēdū φ motor q est intelligentia z motor qui est ex parte nature corpis sunt diuersi: q: lʒ cōparent ad vnum motū nō tm̄ eadem rōne: in celo enim motū est cōsiderare dup^r. s. fm circulū simplicē z sic ordinat motus ad motorez qui est natura z forma subalis corporis celestis z dispōnes mālēs ad ipsum sunt lumen z figura. Item inuenit in motu ratio dextre vnde īcipit motus: z ratio sinistre per quā est regiratio motus: z ratio ante z retro fm quā est obligatio motus: z ratio supra z ratio infra fm quarū imobilitatē mobile nō egredit de loco suo: z fm has rōnes cōparatur motus ad intelligentiā que dicit aīa z motor celi. ad motorē aūt primuz absolute qui est deus habet cōparationē ut ad mouens nō pportionatum motui z mobili. ¶ Ista oīa diximᵒ fm phos qui nō cōtradicūt qbusdā sctis negātib⁹ celū aiam hr̄e nisi in noīe solo qui abhorrēt nomē aie: z tm̄ bñ pcedūt φ itelligētie quedā siue angeli mouēt celū iussu dei: sicut ponimus fm catholicā fidē quosdā angelos miraculosa facē: z legib⁹ nature cōcurrere: ita nō est ptrariū fidei quosdā angelos iuuare nām in mouēdo: z gubernādo spheras celoz quos angelos mouētes siue intelligētias phi dicūt aias. Sancti po timētes ne forte dicere cogant celos esse aīalia si cōcedunt ipsos hr̄e aias negāt motores celoz esse aias. Et ita patet φ nō est ptradictio inter eos. antiqui enim deos z angelos dicebant aias mūdi. Et hoc est qd dicit Augustinus in fine quarti de ciuitate dei. Hij soli uidētur aduertisse qd esset deus: qui crediderūt eū esse aiam motu ac rōne mūdū gubernātem. Et per hoc patet etiā si nondū tenebāt qd ueritas habet. deus enī uerus nō aīa sed aie quoqʒ effector z cōditor si tm̄ ptra preiudiciū cōsuetudinis sue liberi essent vnū deū colendū faterentur atqʒ suaderent motu ac rōne mundū gubernantem ut ea cum illis de hac re quo remaneret ut deuʒ dicerēt aiam nō potius z aie creatorē. Alibi in qōnibus de aīa redibimus ad hanc qōnem. ¶ Articulus 26°.

t **Ertio queritur** de cōparatione motoris primi ad motores inferiores. z videt φ cōparant p eque: q: oēs mouēt motu durāte per totum tēpus: cum igit motus illi sint equales motores equales esse vident. ¶ Item videt φ pñt esse cōtrarij: quia in nobis sunt duo motores. s. intellectus z fantasia z fantasia qnq; cōtrariat intellectui ergo videt φ similr in supioribus inferior possit cōtrariari supiori. ¶ Itē videt φ iferiores pñt errare in motu z nō supior: q: fantasia pōt esse recta z nō recta itellect⁹ semp rectus: ut dicit phus. igitur similr in supioribus iferiores pñt errare superiore nō errāte. ¶ Solutio dicēdū sicut pus obiectū est φ motores cōparant fm eque quātuʒ ad durationē motus: sed in alijs quatuor cōparant nō fm eque quoꝝ primū est φ primus motor mouet non motus z mouet inferiores ut desideratū mouet desideriū inferiores aūt mouent moti. Huius signū est φ omnes inferiores sequunt motuʒ supioris z ideo dicit in libro de causis φ primū est diues in se z diues in alijs. ¶ Secūdum est simplicitas in mouēdo: primus enim mouet vno motu simplici: inferiores aūt mouēt pluribus motib⁹. ¶ Tertium est in vigore mouēdi: primus enim motor circulū multo maiorē z corpus multo maius circūuoluit in eodem tēpore in quo motor inferior circulū inferiorē circūuoluit. ¶ Quartū est in fine motus: primus enim motor fm alationē cōtinuā mouet z vniformē que est causa vniformitatis z cōtinuitatis in natura: inferiores aūt mouēt fm alationē ptinuā z non vniformē q: obliquat a meridie uersus aquilonem z sunt causa difformitatis que est in gñatione z corruptiōe. Per hoc patet solutio ad primū. ¶ Ad aliud dicit φ nō est simile de fantasia ad motores inferiores q: fantasia mouet cum apprehēsione hic z nunc z particulariuz in quibus accidit error z cōtrarietas ad intellectū eo φ frequēter sequit bonuʒ simplr. ¶ Utrū aūt numer⁹ illorū motoꝝ sit fm numerum mobiliū uel stellarū uel motuū. Hic querere relinquimus z hoc ideo q: vna sphera plures habet motus z dubiuʒ est Utrum illi motus sint a motore vno uel a diuersis. Videtur enim Aristoteles uelle φ sint a diuersis in xi° methaᶜᵉ. q: ibi ipse pbat numerū motoꝝ eē numerum motuū z tangit plures esse motus in sole z luna z alijs. Sed alij quidam phi dicunt vnum motorem esse de vna sphera z ex stelle natura que est in sphera dicūt illum motorez influere diuersos motus ipsi sphere uel vnū. Tertia aūt secta vult φ sit numerus motoꝝ fm numerū stellarū in celo. Quarta aūt vult φ sit vnus motor oīum spherarū z extra oēs eas z hic est deus z hoc credimus esse uerius. In qōnib⁹ tamen de anima quedaʒ iterum de hac materia dicentur.

c **Onsequenter** Queritur de motib⁹ superioꝝ. Et querunt duo. s. De simplicitate motus superiorum. z de rōne mēsure fʒ quā dr̄ mēsurare iferiora

¶ An motus celoꝝ sit simplex. Articulus 27°.

a **D primū** pcedit sic. Nullū ptinuum est simp^x: mot⁹ celi est cōtinuus g̃ mot⁹ celi nō est simplex. Itē nihil hñs ptes differētes inter se est simplex. mot⁹ celi hēt ptes iter se differētes: q: pri⁹ z posteri⁹ ergo zc. Si pp hʒ dicat φ simplex est in cōparatione ad motū rectum siue sit violent⁹ siue nālis. ¶ Cōtra motus celi est in maiori spatio q̄ʒ aliqd alioꝝ z in maiori subiecto: z ita videt φ cōpositior sit. Deinde queritur ad quid indiget deus motu celi: pfectioris enim agentis pfectior debet esse opatio. Unde cum deus sit perfectissimū agens perfectius fuisset si uoluisset z per seipm iferiora q̄ʒ per celū. ¶ Solutio dicim⁹ φ mot⁹ celi simplex dicit tribus modis. Uno mō q: ipse est causa oīuʒ motuū nālium. Unde cuʒ fm viā resolutiōis causati in cām motus celi sit ultimū in genere motuuʒ oportet φ ipe sit simplicissim⁹. Scdo mō dr̄ simplicissim⁹ respectu tēporis q: nullus motus in tāto spatio pōt esse in tā breui tpe. Tertio mō dr̄ simplicissim⁹ q̄tuʒ ad regularitatē q: in oībus partib⁹ est eque uelox qd nō ptingit in motu naturali recto nec violēto. Uiolētus enim uelox est in principio z tardus in fine vincēte motore nāli motorem violentū. nālis aūt rectus tardior est in principio z uelocior est in fine. motus aūt celi vniformis est in principio medio z in fine. Et per hoc patet solutio ad primo obiecta quia motus celi nō sic dicitur simp^x ut pcedunt

obiectiones ille. ¶ Ad aliud dicendū q͂ deus nō indiget motu celi nisi ꝓpter imꝑfectionem materie inferiorum. ꝓpter enim illius transmutationem oportuit esse corpus quod motu suo transmutaret eam ⁊ illud est celum. ¶ Articulus 28°.

s Ecundo queritur

ꝫm quā rōnem dicat̄ motus ꝑmus mēsura alioꝝ. Et videt̄ q͂ ipse nō sit mēsura. dicitur enim in prima phīa q͂ vnūquodq; mēsurat̄ sui generis minimo. multi autē sunt minores motus q̄ȝ motus celi. Sed q: multa de hoc dicta sunt in q̄one de tēpore: ideo huic disputatiōi hic imponimus finē dicendo q͂ motus celi minimus est in natura ⁊ in partibus suis ⁊ ꝫm se ⁊ ꝫm partes suas mensurat alios oēs motus: ⁊ si ꝯtingat motū supioꝝ mēsurari ad motū īferioꝝ hoc erit quo ad nos ⁊ nō simpliciter.

d Einde queritur

de effectu motus celi ⁊ stellarum in inferioribus. ¶ Et querunt̄ duo. s. quis sit effectus. ⁊ quis sit finis motus celi.

¶ Articulus 29°. Quis sit effectus motus celi.

a D primum proceditur sic.

Dicit̄ in genesi q͂ fecit deus solem ⁊ lunam ⁊ stellas ut sint in signa ⁊ tēpora ⁊ dies ⁊ menses ⁊ annos ergo uariatio tēpoꝝ per hiemē ⁊ estatē ꝑ uer ⁊ autūnuȝ sicut dicit Damascenus est effectus motus celi ⁊ stellarum: dicit enim nos dicimus qm̄ signa q͂ ⁊ ex ipsis fiūt hymbris ⁊ siccitatis ⁊ frigiditatis ⁊ caliditatis ⁊ uentoꝝ ⁊ hoꝝ talium. Silr̄ qm̄ q; dūr signa esse mortis aliquorū sicut dicit Damascenus. qualitas aeris facta a sole ⁊ luna ⁊ astris: alij ⁊ alij diuersas cōplōnes ⁊ habitus ⁊ dispōnes ꝯstituta. intelligit aūt per cōplōnes dūiuȝ diuersuȝ qd̄ est humoribus ꝫm q͂ alij dūr cholerici ⁊ alij sanguinei ⁊ huiusmodi. per dispōnes aūt intelligit infirmitates ⁊ sanitates. per habitus aūt intelligit inclinatiōes ad opera. vnde ipe dicit in lr̄a. habitus sunt eorum que sunt in nobis hoc est in potestate nostra. Item ipse dicit q͂ comete ꝯstituunt̄ ad signū mortis regū. Iteȝ in eodē cap° 7° li° 2° dicit q͂ fortasse aliquis dixerit qm̄ hec preliorum sunt signa astra. Ex hijs colligit̄ q͂ astra hn̄t virtutem in trāsmutatione elemētoꝝ ⁊ in mutatiōe cōplōnū ⁊ in mortibus hoīum ⁊ insup etiā in habitibus inclinātibus ad opa ⁊ etiam in euētibus plioꝝ. Cum ergo opa ⁊ plia sint de hijs que subsunt libero arbitrio videnf̄ habere ptātem sup liberū arbitriū. Item dicit Aug° in quarto de ciuitate dei q͂ sydera dūr ualere ad trāsmutationē oīum corpoꝝ. Item ꝫm phos ꝑnosticātes in astris sicut Ptolomeus docet in tetrascuȝ. ⁊ Albumasar ⁊ Acabir ⁊ Messella ⁊ Aristoteles ⁊ Gorgis ⁊ multi alij in hora ꝯiunctionis respicit̄ ascēdens: ⁊ domus ascēdentis ⁊ cōfert̄ cum alio planeta qui respicit ascēdēs perse uel aliū ⁊ cum luna que magnū hēt dn̄ium fere in qualibet cōiunctione nisi sit exn̄s in cōbustione solis. Si aūt nō est alius respiciens ascēdens cōfert̄ cum sola luna domus ascēdentis cuȝ domo domus rei quesite ⁊ ꝫm q͂ illi coniungent̄ uel nō ꝯiungent̄ uel respiciēt se uel non respicient: fit iudiciū de re quesita fienda uel nō fienda. ergo videt̄ q͂ astra in oībus vigorē habeant ⁊ virtuteȝ. Item ysaac in libro de diffinitionibus dicit q͂ deus fecit regnare orbem sup inferiora ⁊ disponit ꝫm imperiū eius regna ⁊ bella ⁊ cetera que regunt̄ ab oībus. Sed cōtra hoc est qd̄ dicit Damascenus. nostroꝝ actuū sydera nequaq̄ȝ sunt causa: nos enim liberi arbitrij a cōditore facti domini nostroꝝ actuum existimus. Et ad cōfirmandum hoc īducit quatuor rōnes hijs uerbis. Si ex astrorum oīa agimus īfluxu ꝫm necessitatē agimus que agimus. qd̄ aūt ꝫm necessitatē fit neq; virtus est neq; malitia. Si aūt neq; virtutē neq; malitiā habemus neq; laudibus neq; coronis neq; vitupationibus nec etiam tormētis existimus digni: inueniet̄ aūt deus iniustus hijs quidē bona uel tribulationes dans: sed neq; gubernationē neq; suarū creaturarū deus faciet ꝓuidentiā: sed etiam rōnale supfluuȝ in nobis erit nullius exn̄tes act° dn̄i supflue cōsiliamur: rōnale aūt oīno cuȝ finis grā nobis datū est. Unde omne rōnale ⁊ arbitrio liberum est. ¶ Solutio dicimus ad ꝑdicta q͂ astra hn̄t vim ⁊ rōneȝ signi sup ea que sunt in materia trāsmutabili ⁊ etiaȝ sup illa que sunt obligata ei ⁊ dico ea eē in materia que sūt gn̄abilia ⁊ corruptibilia ⁊ mutabilia. Et dico illa obligata materie que de necessitate sequunt̄ trāsmutationem materie sicut est aīa uegetabilis ⁊ sensibilis. quedā sunt que depēdentiā hn̄t ad mām ⁊ obligationē ꝫm qd ⁊ nō simpr̄ sicut est animus hoīs. Unde dicimus sanguineȝ accensum circa cor inclinare ad iram animuȝ hoīs: ⁊ tn̄ nō de necessitate irascit̄ ⁊ ꝫm q͂ animus inclinat̄ ad materiā ⁊ cōplōnē sic etiam in eum hēt vim cōstellatio ꝫm quid ⁊ nō simpr̄: aliter enim periret casus ꝫm liberum arbitriuȝ ⁊ cōsilium si nihil esset cōtingens ad utrūlibet dici de futuro. sicut optime disputat phus in fine primi perhyarmenias ⁊ sicut ondit in 2° phi°ꝝ. Sed adhuc distinguēdū est q͂ est causa īmediata ⁊ ꝓpterquid. Et prima causa est ulīs ⁊ mouēs ⁊ inclinās causas īmediatas ⁊ qn̄ dicit̄ stelle hn̄t vim in inferioribus intelligit̄ q͂ habēt vim sicut cause prime ules mouētes causas imediatas ⁊ ꝓpterqd ⁊ ideo nō semp sequit̄ de necessitate effectus ad cōstellationē: ⁊ hoc ondit Damascenus dicens. Nos dicimus qm̄ sydera nō sunt causa alicuius eoruȝ que sunt neq; corruptōis eoꝝ que corrūpunt̄: signa aūt sunt magna hymbrium ⁊ aeris trāsmutationis fortassis utiq; quis dixerit qm̄ ⁊ plioꝝ nō sunt causa sed signa. sȝ ⁊ qualitas aeris facta a sole ⁊ luna ⁊ astris ⁊ alijs diuersas cōplōnes ⁊ habitus ⁊ dispōnes cōstituit: intēdit eniȝ Damascenus q͂ signū minus dicit q̄ȝ causa. causa enim ut dicit Boe° in topicis est quā de necessitate sequit̄ effectus. signum aūt est causa remota ⁊ nō de necessitate causans sine ꝯiunctione aliarū causarum. Et hoc idem phus dicit in 2° de gn̄atione ⁊ corruptione. q: lȝ tps generationis oīum ꝫm ascēsum circuli sit equale: tn̄ qdaȝ gn̄ant̄ citi° ⁊ qdā tardi° pp mā̄e ꝯfusionē maiorē uel minorē. Qd̄ aūt hoc catholicū sit dicē patet ex ꝟbis Augustini i 5° de ciuitate dei ubi dic̄ sic nō usquequaq; absurde dici pōt ad solas corpoꝝ dr̄ias afflatus quosdā ualere sydereos sicut ibi in solaribus accessibus ⁊ recessibus videmus etiam ipi anni tēpora uariari ⁊ luminaribus in cremētis ⁊ decremētis augeri atq; minui quedā genera rerum. fatum aūt qd̄ imponat necessitatē liberi arbitrij etiā contra phiam est ponere nisi per hunc modum quo dicimus aīam hoīs inclinari ⁊ mutari. Un̄ Aug° in quinto de ciuitate dei ꝯtra Tulliū negantē pscientiam dei ⁊ fatuȝ sic dicit. Nos aduersus eos sacrilegos ausus atq; impios ⁊ deū dicimus oīa scire anteq̄ȝ fiant ⁊ uolūtate nos facere quicqd a nobis nisi uolentibus fieri sentimus ⁊ nouimus. oīa ꝟo fato fieri nō dicim°: imo nulla fato fieri dicimus qm̄ fati nomē soluȝ a loquentibus poni in ꝯstitutiōe sydenū solet qua qsq; ꝯceptus aut natus est. Ex hijs patet solō ad oīa q̄sita. ¶ Artic° 30°.

u Ltimo querit̄

de fine mot° celi. Et videt̄ q͂ gn̄atio ⁊ corruptio īferioꝝ sit mot° celi: q: hoc expresse ondit̄ in de gn̄atione ⁊ corruptione qd̄ ex latione supioꝝ cōtinuat̄ gn̄atio ⁊ corruptio. Iteȝ in glo. sup aplm ad Romanos 8° ca° dicit̄ q͂ superiora motu suo nobis seruiūt. ⁊ multi sanctorū dicunt q͂ mouent̄ ad implendū finalr̄ mām elementoꝝ. Sed hic est obiectio Aueroys. q: nihil mouet̄ ꝓpter indignius se. gn̄atio aūt ⁊ corruptio inferioꝝ indignior est celo ergo

non mouet finaliter ꝓpter illā. Preterea in 2° de celo ꝛ mūdo dicit ꝙ celum supmū vno motu ꝯsequtur bonitatem pmi ꝛ orbes inferiores pluribus motibus: ꝫ id qđ ꝯsequtur motor per motū est finis motus ergo aliq̄ bonitas pmi finis eius est. ¶ Iuxta hoc querit utruꝫ motus celi idē habeat pro fine qđ habet pro pmo mouēte ut fiat ab eodem in idem ex pte mouētis sicut ab eodē in ideꝫ ex pte fugiētis. ¶ Item iuxta hoc querit utruꝫ ꝯsequit finem suū per motū qui est in toto tpe uel per circulationem vnam q: pfectior motor pauciore motu ꝯsequitur finem ꝛ bonitatē ut dicit 2° de celo ꝛ mūdo. cū ergo motor celi pfectissimus sit in natura videt ꝙ vna circulatione deberet ꝯsequi finē suum. Si aūt hoc dat tūc oēs sequētes circulationes supflue erūt. ¶ Solutio dicimus ad pmū ꝙ gñatio ꝛ corruptio inferioꝝ non simplr est finis motus celi sed ꝯsequunt finē: finis aūt intēt° a motore est ut aliqd bonitate ꝛ nobilitate assimilet pmo motori. s. deo. illa aūt bonitas ꝛ nobilitas est q: cum de° absolute sit causa oīum intēdit motor nālis celi imitari euꝫ ex hoc ꝙ sit causa pma in natura rerum nālium gñabilium ꝛ corruptibiliū. Et ex hoc patet solutio ad primum. ¶ Ad id qđ iuxta hoc querit dicēduꝫ ꝙ idem numero est pmum mouēs mouētem ꝛ finis qui acqrit per motū eius. bonitas enim ꝛ nobilitas de qua dictum est ut desideratum mouet motorē celi ꝛ eidem bonitas est quam seqtur per motum. ¶ Ad id qđ postea querit dicēduꝫ ꝙ dupr est finis. s. finis ut terminus: ꝛ finis ut finis. finis ut terminus est quem ꝯseqtur motor in opatione vna pfecta ꝛ ideo dicit terminus q: terminat op° pfectū vnuꝫ. finis ut finis est quem ꝯseqtur motor in oībus opationibus suis ꝛ ille dicit finis ut finis q: qetat simpr mouētē. ¶ Dicēdum ergo ꝙ motor celi per rotationē suā vnaꝫ ꝯseqtur finem ut terminū: sed per motum qui est in toto tpe ꝯseqtur finem ut finem: ꝛ est simile de motore in gñatione qui intēdit pmanētiam in simili ꝛ consequit finem illum ut terminū in gñatione vna sed pmanētiam ut finem simplr nō ꝯseqtur nisi per gñationem indefessam uel ingetam expssius. simile est in motore augmēti qui intēdit pfectam quātitatē ꝛ hāc ꝯseqtur ut terminuꝫ in augmētatione vna sed ut finem simplr ꝯsequitur in augmētationibus oībus ꝛ tūc qescit: q: sicut dicit phs 2° de anima omnium natura ꝯstantium terminus est ꝛ ratio magnitudinis ꝛ augmenti.

¶ De quarto Coequeuo. Qō quinta.

Consequenter

querit de q̄rto coequeuo qđ est angelica natura de qua querunt tria. Primo de natura eius in se. 2° de natura eius in compatione ad aīam rōnalē. 3° de statibus. ¶ Circa nām angeli querūtur tria. p° querit utrū angelus sit cognoscibilis. 2° qd sit angelus. 3° de attributis angelice nāe. ¶ Circa pmum querunt duo. s. Utrū cognoscibilis sit angelus. ꝛ utrum eodē itellectu cognoscit ulē ꝛ pticulare in angelo.

¶ Articulus pmus. Utrum angelus sit cognoscibilis.

a **D primum pceditur** sic. Dicit Aug° ꝙ duobus modis cognoscit res per itellectum. s. aut per silitudinem suam existēdo in aīa sicut res sensibiles. aut per eēntiam suam existēdo in ea sicut cognoscit fides ꝛ charitas ꝛ cetera spūalia in aīa: angelus nec per silitudinem est in aīa cū nō sit sensibilis nec per eēntiā est ibi: q: per eēntiam est in loco exteriori diffinitione ergo nō cognoscit per intellectū. ¶ Item qcqd cognoscit aut cognoscit intelligētia indiuisibiliuꝫ in qua nō est falsum ut dicit phus. aut cognoscit intelligentia diuisibiliū. i. cōplexoꝝ. angelus nō cognoscit itelligētia diuisibiliū cum nō sit in rōne cōplexi: ergo si cognoscit intelligētia cognoscit indiuisibiliū: sed qcqd cognoscit intelligētia indiuisibiliū cognoscit per formā abstractam ab ipso. Cuꝫ igit ab angelo nō possit eē abstractio cum ipse nō sit res sensibilis angelus nō cognoscit intelligētia indiuisibiliū nec alio mō ergo nullo mō cognoscit. ¶ Item nihil intelligit nisi per assimilationem intellectus nr̄i: sed angelus non pōt assimilari intellectui nr̄o ergo nō intelligit. Probatio minoris ad hoc ꝙ itellectus assimilet intelligibili duo exigunt. s. fantasia mouēs: ꝛ intellectus agēs. sed quādocūqꝫ itelligit angelus non est fantasma mouēs ergo angelus nō intelligitur. ¶ Item dicit phus pereūte vno sensu perit demōstratio illius sensus: ꝛ ex hoc accipit ꝙ oīs itellectus nr̄ orit ex sensu ergo cuius nullo modo est sensus illius nō est intellectus sed angeli nullius est sensus ergo nullus intellectus. ¶ CONTRA qđ nō cōtingit intelligi nō ꝯtingit significari ergo a destructione ꝯñtis qđ ꝯtingit significari ꝯtingit intelligi: sed angelos ꝯtingit significari multotiēs in scriptura ḡ cōtingit eos intelligi. ¶ Qō ꝯcedimus dicētes ꝙ multis modis aliqd intelligit a nobis. aliqñ enim aliqd accipit a nobis per ꝓpriā speciem abstractā ab ipso sicut lapis ꝛ asinus ꝛ hō ꝛ cetera que sēsibus subijciunt. aliqd etiam nō intelligit per speciēꝫ ꝓpriā sed per speciē opis sui uel actus sicut cognoscit virtus magnetis per attractioneꝫ ferri. ¶ 3° modo cognoscit aliqd per ordinem siue ꝯñtiam rōnis ꝛ ordinem nature sicut cognoscit immobilitas pmi motoris. Cū eniꝫ aliqd sit motum nō mouēs ꝛ aliqd mouēs motum erit aliqd mouēs immobile pm ordinem nature ꝛ ꝯsequentiam rōnis. ¶ 4° modo accipit aliqd ab intellectu per lumen fidei ꝛ nō per speciem ꝓpriam sicut nos intelligimus deum esse trinū ꝛ vnum in speculo ꝛ in enigmate ꝛ nōdum videmus eum per speciē aptam. ¶ 5° modo intelligit aliqd per reuelationem ꝛ hoc accipit per intellectum ex lumine infuso qđ habet similitudinem luminis incircūscripti sicut videt dicere beatus gregorius in dialogo ubi loquit de reuelatiōe que facta est beato bñdicto. ¶ 6° modo cognoscit aliqd pm Augm ꝙ pm sui pñtiam est in aīa sicut intellectus intelligit se ꝛ cetera spiritualia que sunt in ipso. ¶ Ultimo modo aliqd cognoscitur symbolice quādo scilicet spūalis ex ꝓprietatibus qbusdam corporalibus intelligit fortis ad pugnandum ꝯtra diabolum ꝛ mortem. ꝛ dicit lapis ꝛ intelligit firmū fundamētum spūalis edificij ꝙ. s. edificat sup ipsum. angeli igit accipiunt oībus hijs modis pter pmū ꝛ ultimū Et per hoc patet solō ad pm. q: ibi Aug° non loquit nisi de illis duob° modis. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ angeli accipiunt per intelligētiā idiuisibiliū ꝛ tñ nō oportet ꝙ cognoscant per formā abstractā ab ipsis cuꝫ sint multi alij modi cognoscēdi ut dictū est. ¶ Ad aliud silr dicēduꝫ ꝙ sit ibi assimilatio ꝫ nō oportet ꝙ spēs p quā fit assimilatio abstrahat a ꝓprio fantasmate angeli. Et per h̄ etiā patet solō ad ultim q: nō oportet ꝙ illđ de quo est demōstratio sit pse sensibile: sed sufficit ꝙ opus eius sit sensibile uel illud supra qđ operatur. ¶ Articulus 2°.

b **Secundo queritur** Utrꝫ eadē potētia accipit ulē ꝛ pticulare in angelo. Et videt ꝙ sic. nulla enim potētia acceptiua est īmālis nisi intellect°. pticulare aūt in angelo est īmāle ḡ nō accipit nisi per intellectū. Probatio pme est q: sensus non accipit aliqd sine pñtia māe. fantasia aūt q̄uis accipiat sine pñtia materie aliqd tamē non accipit sine hijs que habent eē in materia sicut est figura color ꝛ huiusmodi. ergo relinquit ꝙ id qđ est oīno immāle non accipit nisi per intellectum. Probatio secūde est per diffinitionem angeli positam a Damasceno: q: est subā intellectualis semp mobilis arbitrio libera incorporea deo ministrās. Silr ter Dionysius dicit ꝙ angeli sunt intellectualia lumina.

¶ Item nō fit abstractio u'lis nisi per intellectū q simp'r est τ immālis τ oportet q̄ itelligibile sibi ꝓportionetur τ ideo abstrahit̄ a materia τ a māe ꝓprietatibus. Si ergo nec determinet̄ in materia nec in māe ꝓprietatibus nō oportet q̄ abstrahat̄: sȝ pticulare angeli nō est in materia nec in ꝓprietatibus ergo sine abstractione pōt accipi ab itellectu. ¶ Cōtra nihil itelligit̄ nisi q̄ ꝑm aliquē modū est in itellectu: sed pticulare angeli ut pticulare p nullū modū est in intellectu ut ꝓbat sequēs obiectio ergo per intellectū nō itelligit̄. ¶ Itē ꝑm rōnē obiectorū differūt actus τ ꝑm rōnē actuū differūt potētie. sed u'le τ pticulare diuersam hn̄t rōnē obiecti ergo nō est act' unius rōnis sup illa nec potētia. ¶ Itē querit̄ qd determinet intellectū ut accipiat determinate hūc angelū uel illum. ¶ Sol'o dicēdū q̄ una potētia est ad u'le τ pticulare in angelo qui est itellect' ut ꝓbāt ꝑme rōnes. ¶ Ad id aūt qđ in ꝯtrariū obijcit̄ dicēdū q̄ hec est falsa q̄ pticulare ut pticulare nullo mō sit in itellectu: est enim ibi per noticiā actuū τ officioꝝ que oīa signum sunt ut dicit ph'us. sed uerū est q̄ nō est ꝑm subam ibi. ¶ Ad aliud dicimus q̄ in sensibilibus sūt forme ꝯtrarie reducte ad diuersa gn̄a ꝑm q̄s distinguunt̄ sensus τ potētie mālēs: sed in intelligibilib' aliud est q: eadē est rō oīum intelligibiliū ꝑm q̄ itelligibilia sunt lȝ nō sit eadē rō sensibiliū ꝑm q̄ sensibilia sunt τ ideo eodē intellectu accipit̄ u'le τ pticulare lȝ nō eodē mō se hn̄te. ¶ Ad ultimū dicēduȝ q̄ itellectus simpl'r accipit u'le: sed itellectus cū distinctione opis τ officij determinat̄ ad pticulare distincta enī opa τ officia sunt loca collationis indiuiduantium que impossibile est in alio inuenire.

¶ Articulus 3°. Quid sit angelus.

Einde queritur de diffinitione angeli quā Damascenus in 2° li° ponit dicēs q̄ angelus est suba itellectualis semp mobilis arbitrio libera incorporea deo ministrans. Sed videt̄ q̄ angelus nō sit suba q: suba dicit̄ multipl'r. s. materia: forma τ cōpositū: diffinitio τ genus τ diῑa τ id quo destructo destruit̄ res. Cū ergo nullo hoꝝ modoꝝ dicat̄ de angelo angelus nō videt̄ eē suba: τ de oībus modis patet q̄ angelus nō dicit̄ suba nisi de cōposito. ¶ Sed ꝓbo q̄ nō est suba cōposita q: suba cōposita nō est sine cōponētibus: cōponētia aūt sunt materia τ forma: cū ergo in angelo nō sit materia τ forma angelus nō erit suba cōposita. Si aūt dicat̄ q̄ est forma sola τ sepata sicut dicūt qdaȝ cōtra forma nō hēt eē nisi in materia lȝ hēat eēntiā perse: ergo nihil est dicere q̄ angeli sunt forme sepate. Preterea oīs forma quātū est in se est u'lis qđ ꝓbat̄ per hoc q̄ forma pse nō est diuisibilis nisi diuisione diῑarū qđ patet discurrēti per oīa pdicamēta: τ habet̄ etiā per hoc qđ dicit ph'us in 3° de celo τ mūdo cap° p°. qui dicit q̄ forma que est idiuisibilis nō est icōueniēs q̄ diuidat̄ duobus modis. s. per eēntias diῑarū: τ per diuisionē subi. ergo cessante illa diuisione que est per subm nō remanet nisi illa que est per diῑas τ illa nō ꝯfert ei q̄ sit pticulare eo q̄ nō deducit nisi ad ultimam spēm que est u'lis. Ex hijs ergo habet̄ q̄ oīs forma pse sine subo u'lis est ergo si angeli sunt forme τ sube perse sepate a subiectis: angeli qdē sunt u'les τ nō pticulares ypostases. Qđ aūt non sint in materia nō idiget disputatione. Preterea querit̄ de hoc qđ dicit̄ itellectualis cū enim diῑa sit de p̄ncipijs eē videt̄ q̄ nō debeat sumi a ꝯn̄tibus. potētia aūt intelligēdi ꝯn̄s est esse spūs itellectualis ergo diῑa diffinitiua nō debet sumi ab ipsa. ¶ Itē q̄re dicit intellectualis potius q̄ȝ rōnalis. Postea querit̄ de hoc qđ dicit̄ semp mobilis. cū enim in rebus ꝑpetuis idē sit posse τ eē tunc videt̄ q̄ si semp mobilis est angelus q̄ semp mouet̄ τ sic nunq̄ȝ quiescat. Preterea aut dicit̄ semp mobilis motu nāli pse: aut motu uolūtario pse: aut motu per accn̄s. Si primo mō aut q̄ mouet̄ per gn̄ationē uel corruptioneȝ uel per motū alimēti uel ꝑm locuȝ τc̄. Et patet q̄ nō mouet̄ motu sube. s. motu gn̄ationis τ corruptionis: nec etiam motu quātitatis. s. augmēti τ diminutionis ergo si mouet̄ hoc est ꝑm alterationē uel ꝑm locū. Qđ nō ꝑm alterationē. ꝓbatio q: dicit̄ ph's q̄ nō est alteratio nisi in una specie q̄litatis que est passibilis q̄litas uel passio τ tales q̄litates hn̄t cōtrariū τ mām sensibilē que nō pōt esse in angelis. Si aūt dicat̄ q̄ alterant̄ ꝑm sciētias τ ignorātias hoc erit ꝯtra beatū Bernardū qui dicit q̄ accipiunt scias successiue sicut nos. Preterea dicit Aug°. 12°. cōfessionū. duo repio que fecisti carētia tpibus cum tibi neutrū coeternū sit unū q: ita formatum est ut sine ullo defectu cōtēplationis sine ullo interuallo mutationis q̄ȝuis mutabilis nō tn̄ mutat̄ tua eternitate atq̄ȝ imutabilitate ꝑfruat̄ alteꝝ qđ ita informe erat ut ex qua forma in quā formā mutationis uel stationis mutaret̄ quo tpe subderet̄ non hēret. Ex quo patet q̄ angeli sunt supra tēpus τ nō mutant̄ ꝑm alterationē de forma in formaȝ. Si dicat̄ q̄ mobiles sunt ꝑm locū. Cōtra oē mobile ꝑm locuȝ est quātū τ ꝯstat ex quātitatib': angelus nō est huiusmodi ergo nō est mobilis ꝑm locū. Si ꝓpter hoc dicat̄ q̄ habet motū uolūtariū. Cōtra motus ille est ꝓcessiuus ꝑm locū hn̄s organa determinata ad ꝓcedēdum ut pedes τ alas τ huiusmodi τ talia nō hn̄t angeli. Si dicat̄ q̄ mouent̄ motu per accn̄s hoc nō pōt eē nisi duobus modis s. ut moueant̄ a causa extrinseca uel a causa ifinita q̄ ꝑm phm est idē ei qđ est per accn̄s. Si p̄mo mō tūc mot' esset violētus τ per potētiā ad illū nō debet diffiniri angelus. Si scđo mō tūc motus erit ei ifinitus. hic enim motus in oībus est τ ideo de eo nō est disciplina q: infinita eidē accidūt ut dicit ph's τ sic nō est p̄ncipiū cognoscēdi nec diῑa positiua in diffinitione. Preterea q̄re dicit semper mobilis cū oīs diῑa ꝯueniat semp: ꝑm hoc enim videt̄ abūdare in appositione supflui. Deinde obijcit̄ de hoc qđ dicit̄ arbitrio libera. libertas enim arbitrij cognoscit̄ in electione boni τ mali τ cū angelis nō ꝯueniat eligere bonū τ malū q: ꝯfirmati sunt in bono uel in malo nō vident̄ habere libtatē arbitrij. ¶ Postea querit̄ de hoc qđ dicit incorpea. dicit enim infra q̄ angelus nō est incorpea suba nisi quo ad nos. cōpatione eniȝ dei corpus est. Preterea hō dicit̄ res corpea q: habet corp' ergo silr̄ cū angelus hēat corpus debet dici suba corporea. Qđ aūt angelus hēat corpus videt̄ q: dicit Apuleius ph'us in li° de deo socratis. q̄ demones sunt aīalia itellectualia corpe aerea τ tpe eterna. τ ista diffinitio mltū tractat̄ a btō Aug̃ in multis libris τ nō contradicit ei. Preterea Bernardus ad eugeniū q̄ opinabile est angelos habere corpa. ¶ Itē Grego' dicit q̄ stella creatura. s. irrōnalis ostēdit gētibus christū. s. tribus magis. sed iudeis rōnale aīal pdicauit. s. angelus. ergo angeli sunt rōnalia aīalia τ per ꝯn̄s suba corporea ut patet in diuisione Porphirij. ¶ Itē Plato qui ponit calodemones: τ catho dū ponit eos hēre corpa. Postea querit̄ de hͦ qđ dicit deo ministrās. ministrare enim deo est actus g̃re τ ita videt̄ q̄ natura angeli nō sit determinabilis per illuȝ actū. Preterea differētia illa nō videt̄ ꝯuenire oībus angelis sed tm̄ bonis. ¶ Item cū qdā assistāt τ qdā ministrēt sicut dicit̄ in Daniele. milia miliū ministrabāt ei τ decies cētena milia assistebāt ei. q̄re poti' determiat̄ angelus per ministrare q̄ȝ per assistē. ¶ Ult' q̄rit̄ de hͦ qđ dicit ꝑm grām τ nō ꝑm nām imortalitatem suscipiēs. videt̄ enim hoc nō eē uerum cum in natura nō hēat ꝯtrarium τ nihil corruptibile sit nisi qđ cōponit̄ ex ꝯtrarijs. Preterea dicit ph'us q̄ oīs suba corruptibilis aut est cōposita aut sup cōpositam delata. Si ergo angelus natura corruptibilis est aut est suba cōposita aut delata super subam cōpositam sicut est sensibilis τ uegetabilis in sb̄stātijs: τ patet q̄ nō ultimo mō q: āgelus nō est aīa de

lata sup corpus aliqd. videt aūt ꝙ nec pmo mō: q: dicit
phs in 3o de celo ⁊ mūdo. ꝙ cōpositum corrūpit ideo q:
cōponētia in ipso sunt leuia ⁊ grauia que incipiūt dista/
re a mixto ⁊ per ꝯñs soluit cōpō: sed ex talibus nō cōpo
nit angelus g ipse nō natura corruptibilis est. Preterea
demonibus nō ꝯuenit hēre grām ⁊ tñ ipsi sunt imorta/
les. ¶ Solutio dicēdum ꝙ ista diffinitio dat per genus
⁊ dñas: suba eniz ponit ibi tanq̄z genus ⁊ cetera ut dñe
¶ Ad pm ergo dicendum ꝙ angelus est suba cōposita
⁊ tñ nō est ex materia ⁊ forma: sed est suba cōposita sicut
suba que hēt in se plura. s. esse qd est: de quo melius dicet
infra. ¶ Ad illud qd querit de hoc qd dicit intellectua
lis dicēdum ꝙ intellectuale hic sumit a natura ⁊ non a
potētia que ꝯsequtur eē sicut etiā dicit aia rōnalis ⁊ uege
tabilis ⁊ sensibilis: qñ aūt intellectuale est nālis potētia
que est species quātitatis tūc sumit ab eo qd sequtur esse.
¶ Ad aliud dicēdum ꝙ ut dicit Ysaac in lio de diffini
tionibus. Rō est virtus collectiua cause ⁊ causati ⁊ ideo
est cōpositiua. itellectus aūt de sui rōne nō hēt collectio/
nem sed est sine inqsitione ⁊ cōpōne ⁊ ideo cōpetit nāe
magis simplici pro dñia ut est angelus. Rō aūt est diffe/
rētia nāe minus simplicis ut est aia hois. ¶ Ad hoc qd
querit q̄liter dicat semp mobilis. dicēduz ꝙ mobile ibi
nō dicit potētiam ad motum nālem uel pcessiuū sed di
cit potētiam ad uertibilitatem triplicē. s. nāe ⁊ intelligen
tie ⁊ uolūtatis. oē enim creatum uertibile est in nihiluz
nisi manu oipotētis dei ꝯtineat. Siliter omne creatum
hñs intellectum intelligit vnum pus ⁊ post aliud ut dicit
Augus. ⁊ ita hēt vicissitudinem in actu intelligēdi: gra cu
ius dicit deus mouere creaturam intellectualem spūalē
per tēpus. creaturam aūt corpalem per tēpus ⁊ locū. Si
militer in uolūtate mobilis est q: nō simul vult hoc ⁊ il/
lud sed vnum post alterum. ¶ Ad illud qd querit q̄re
dicat semp. dicēdum ꝙ hoc addit ppter diuersos status
angeli. s. añ ꝯfirmationem ⁊ post ꝯfirmationē: alioquin
enim aliqs crederet ꝙ post ꝯfirmationem talem mobi/
litatem nō hēret. Uel dicēdum melius ꝙ mobilitas nāe
semp est in potētia ⁊ nunq̄z in actu. mobilitas aūt intelli
gētie ⁊ uolūtatis sic est in actu vno ꝙ semp est in poten/
tia ad alterum. Ponit ergo ibi semp mobilis ut itelliga
tur ꝙ potētia illa nō est determinabilis per actuz ultimū
post quem nō sit aliqd de potētia. Et ex hoc patet etiam
solutio eius qd queri possit q̄re potius per potentiā q̄z p
actum diffiniat. ¶ Ad id qd obijcit cōtra hoc ꝙ est ar/
bitrio libera. Dicēdum ꝙ libertas arbitrij non est in de
fluxu ad bonum ⁊ ad malum sed in libera electiōe eius
qd uolūt: ⁊ de hoc melius īfra determinabit. ¶ Ad id
qd obijcit ꝯtra hoc ꝙ dicit incorpea dicēduz ꝙ angelus
sm sui nām est icorpeus. Et qd dicit Damascenus ꝙ i
compatione ad deum sit corpus intelligēdū est sic ꝙ nō
hēat nām corpis sed ꝙ habeat corpis pprietatem. s. loco
ꝯtineri. cum enim corpus circūscriptiue ⁊ diffinitiue sit
in loco etiam angelus diffinitiue est in loco: ⁊ ita dr esse
corpus respectu eius qd est ubiq;. ¶ Ad hoc qd obijcit
de Apuleio Aug ⁊ Berno ⁊ Platone dicēdum ꝙ si ue/
rum dicūt loquunt de corpibus assumptis. Si autē non
uerum dicūt tūc sctī recitāt opiniones antiquorum qui an
gelos ⁊ demones appellabāt deos opinātes ꝙ eēnt cō/
positi ex aia ⁊ corpe aereo uel celesti. ¶ Ad id qd obij/
cit de Greg dicēdum ꝙ rō aialis dupr sumit. s. a forma
totius ⁊ a forma ptis. si sumat a forma totius tunc est cor
pus aiatum sensibile ut dicit Porphirius. Si autem su
mat a forma nāe ptis tūc est hñs vim ⁊ actum aiati ⁊ sic
angelus dicit aial rōnale q: hēt vim ⁊ opationem rōna
lis aialis. Dico aūt formam totius formam illam que est
pdicabilis de toto cōposito: sicut hō est forma sortis ⁊ di
co formam ptis formam māe que est aia. ¶ Ad id qd
obijcit cōtra hoc ꝙ dicit deo ministrās. Dicēdum ꝙ mi
nisterium ponit ibi pro obsequio quocūq; ⁊ sic demones
ministrāt ⁊ angeli assistentes ministrāt sicut dicit Ysaac
18o capo. Ue terre symbolo alarum qui mittit in mari le
gatos ⁊ in uasis papireis sup aq̄s. ite angeli ueloces ad
gētem ꝯuulsaz. ¶ Ad aliud qd obijcit ꝯtra hoc ꝙ dicit
sm grām ⁊c. Dicēdum ꝙ gra dicit ibi gratuitum donū
ipsius eē ⁊ sic tēderet in nihil ⁊ sic moreret nisi per graz
hoc est gratuitum donum ꝯtineret ⁊ istam grām habet
omne qd viuit tñ differēter dicit aliqd corruptibile ⁊ in
corruptibile sicut supra in questione de celis habitū est.

¶ De attributis angelice nature.

t Ertio queritur de at/
tributis. Et querunt duo. s. de attributis
in se. ⁊ de attributis in cōi. De attributis
in se q̄runt 4or. Primo enim querit de
simplicitate eēntie. 2o de pspicuitate intelligētie. 3o de li
bertate arbitrij. 4o de discretione psonarū. ¶ Circa pm
querunt tria. Primo enim querit an eēntia angelica sit
simplex. 2o qs sit modus simplicitatis eius. 3o que sit cō/
paratio simplicitatis eius ad simplicitatem dei ⁊ simpli/
citatem rationalis anime.

¶ An angelus sit simplex. Articulus 4o.

a D primum pceditur sic.
Uidet ꝙ angeli sint simplices eēntie. Sic eniz
dicit Augus ꝙ vnum attributum est eēntia simpx. ¶ Itē
dicit in lio de aia ⁊ spū ꝙ aia est simplex g multo fortius
angelus. Preterea per rōnem videt idem. Oē eniz qd
cōpositum est resolubile est in sua cōponētia uel actu uel
itellectu: angelus nō est resolubilis in cōponētia aliq̄ er
go nō est cōpositus. Probatio minoris. qcqd resoluit in
aliq̄ cōponētia illa sunt pus tpe sm gñationem: angelo
aūt nō sunt aliq̄ pora sm gñationem ex qbus cōponat:
g angelus nō est cōpositus ⁊ ita remanet ꝙ sit simplex.
Itez eē angeli nō pcedūt nisi duo. s. nihil ⁊ deus: si g ha
beat cōpōnem oportet ꝙ ab altero illorum fluāt cōponētia
ipm: sed ꝯstat ꝙ nō a nihilo q: hoc nullius causa est g a
deo. ¶ Sz ꝯtra. ab vno ut vnū est nō fluūt ex equo mul
ta sed uel vnuz tñ: aut vnū in ordine ad alterū: sicut uer
bi gra in creatione cōpositorum ex materia ⁊ forma po flu/
it materia ut subm ⁊ ꝯsequit forma ut actus māe g cum
creat angelus aut fluit vnum tñ a po ⁊ sic habet ppositum. s. ꝙ angelus est tñ vnū ⁊ simpx. aut si fluūt plura il
la erūt ordinata ⁊ ita oportet ꝙ id qd est subm in angelis
sit pus ⁊ forma posterius ⁊ sm hoc eēt angelus gñabilis
⁊ corruptibilis qd falsuz est g est simpx. ¶ Itē pma pna
sbe cōposite sunt materia ⁊ forma qd patet q: phi nō ꝯsi
derāt aliq̄ pna pora ipsis. sed dr in lio de sba orbis ꝙ ois
materia determinat per potētiā aliquā ad motū. Cū igi
tur in angelo nō sint pma pna sube eo ꝙ materia ipsius
nō determinat ad aliquē motū per potētiā nō videt an
gelus eē cōpositus sed simpx. ¶ Itē dr in lio de causis.
ꝙ itelligētia est suba que nō diuidit. sed oē cōpositū di/
uisibile est uel actu uel itellectu g angelus nō est sba cō/
posita. Preterea q̄rat in quo dinoscit cōpositio eius. Si
dicat ꝙ in hoc ꝙ pōt recipe. Cōtra. Angelus non est in
potētia recipiēdi ab aliquo iferiori sed in potētia recipiē
di a pma causa tñ per hoc aūt ꝙ recipit plures bonita/
tes ab ipsa magis accedit ad vnū simpx q̄z recedat ut dr
in cōmēto libri de causis g per talē receptionē nō ostēdit
cōpō sed potius simplicitas. ¶ Itē videmus ꝙ supiora
gña recipiūt cōpōnem dñe in spēbus ⁊ tñ ppter hoc non
dicunt esse cōposita simpr sicut est cōpō in hac re nāli g
videt ꝙ potētia receptibilis in angelis nō determiat ab
solutā in ipsis cōpōnē. Preterea dr in lio ducis neutrorum
capo de vno deo. ꝙ oē cōpositū est corpus g si suba ange
li est cōposita videt ꝙ sit corpus: qd falsum est g redit ꝙ
sit simpx. ¶ Cōtra dicit Boetius i lio de ebdomadibus ꝙ oē
qd est citra pm est hoc ⁊ hoc: sed angelus est citra pm cr/

go in esse suo est hoc ⁊ hoc ergo est cõpositus. ¶ Item
Boetius ibidem ꝙ habere aliqd põt qđ est pter id qđ
est: esse ṽo nihil habet admixtum: sed angelus habere
aliqd põt preter id qđ est angelus sicut habet grãz ⁊ illu
minationem ergo angelus habet qđ est ⁊ esse ⁊ sic est ip
se duo ⁊ cõpositus in suba sua. ¶ Item dicit̃ in libro de
vno deo. ꝙ omne qđ est simplex suum esse habet a se ⁊
non ab alio. cum ergo angelus esse suum habeat a se an
gelus non est simplex. ¶ Item Boetius in hebdoma
dib⁹. Omne qđ est participat eo qđ est eẽ ut sic est vno
ut participet alio quolibet. ex hoc habet̃ cum angelus sit
aliqd qđ ab alio habet esse ⁊ ab aliquo ꝙ sit aliqd ⁊ ita
habet duo que sunt de suba ipsius angeli ex quo relinq
tur ꝙ suba eius cõposita est. ¶ Item dicit Boetius ꝙ
in diuinis nõ est vniuersale ⁊ particulare qꝛ hec nõ sunt
nisi in cõposito: deus autem est simplex suba. Cum igit̃
in angelo sit accipe vniuersale possum enim dicere an
gelus ⁊ hic angelus demõstratione facta ad intellectum
⁊ hoc dicit phus. Cum dico celum dico formam. cuz au
tem dico hoc celuz dico mãm siue formam in hac mate
ria. Cum inqz sic sit in angelo erit angelus suba cõposi
ta. ¶ Item sicut in 3° de aia habet̃ in omni materia ali
ud est quo est oia fieri. ⁊ aliud quo est oia facere. Cuz er
go in intelligẽtia angelica aliud est quo est oia intelligi
bilia fieri ƀm actuz lꝫ non ƀm esse. ⁊ aliud est quo est ip
sa facere nihil enim ut dicit phus facit seipsum. vnuz au
tem horum est actuuz aliud possibile ergo in angelo est
duplex pncipium. s. actiuum ⁊ possibile. omne autẽ qđ
habet istud duplex pncipium est cõpositum ex possibili
⁊ formali: ergo angelus in suba sui talem habet cõpositi
onem. Et hec ratio cogit quosdam ꝙ dicũt angelum cõ
positũ esse ex materia ⁊ forma. ¶ Item diuersa ƀm ma
teriam ⁊ formã nõ pticipant̃ ab vno. sed in angelo sunt
potẽtie diuerse que sunt ꝓprietates fluẽtes a pncipijs sb
stãtie angeli. oĩs enim ꝓprietas fluit a pncipijs sube ƀm
Boem. ille aũt ꝓprietates sunt intellectus uolũtas libe
rum arbitrium ⁊ huiusmodi potẽtie nãles ergo nõ par
ticipant̃ ab vno qđ sit in eẽntia sed a diuersis: sed qcqd
diuersa habet in suba ⁊ eẽntia hoc est cõpositũ ergo an
gelus est suba cõposita. ¶ Item idem nõ põt esse pnci
pium cõtrariorum ⁊ ꝯtradictorioꝝ qꝛ ꝯtradictorioruz ⁊
cõtrarioꝝ sunt cause cõtrarie ut dicit phus. Cum igit̃ sit
in angelo qđ cõuenit multis ⁊ est cõicabile ⁊ sit in ipso
qđ nõ ꝯuenit multis sed vni soli ⁊ est incõicabile illa nõ
erunt causata ab vno qđ sit in suba angeli sed a duobus
quoꝝ vnum est ut forma ꝯueniẽs multis. ⁊ alterum est
hñs ꝓprietatem materie ƀm ꝙ hec materia nõ est illius
materia ƀm qđ dicit phs ꝙ diuersitas in numero est di
uersitas in materia ⁊ idem in numero est idem in mate
ria. ¶ Item in quocũqz est compositio ꝯsequẽs que de
necessitate relinqt pcedẽtem in illo etiam erit cõpositio
pcedẽs. Cõpositio enim ꝯsequẽs est sube ⁊ accidẽtis: cõ
positio aũt pcedẽs est cõpositio potẽtie ⁊ actus quorum
utrũqz est suba. potẽtia aũt nõ põt esse subiectũ accidẽtis
nisi pus sit in actu per formam. qđ patet per dictum phi
qui dicit ꝙ hyle pmo est subm gñationis ⁊ corruptiõis:
⁊ per ꝯñs alioruz. ¶ Item dicit Boetius ꝙ sola mate
ria nõ põt esse subm accñtium sed cõpositũ. ⁊ etiam est
pbatum supra per rõnem ꝓpriam in qõne de celis. ⁊ in
qõne de materia pma. Cum ergo in angelo sit cõpositio
2ª. s. subi ⁊ accñtis de necessitate relinqtur ꝙ i ipso sit cõ
positio pma que est ex pncipijs sube. Si forte dicat aliqs
ꝙ illa accñtia sunt accidẽtia rõnis sicut sunt ꝓprie passio
nes que sunt accñtia specierũ ⁊ ideo nõ seqtur ꝓpter hꝫ
ꝙ angelus habeat cõpositionez nisi forte logicam ex ge
nere ⁊ differẽtia sicut in speciebus. ¶ Cõtra gra enim
est accidẽs ⁊ particularis huius. ¶ Item si angelus est
simplex oportet ꝙ sit forma quedam: sed oĩs forma est
ulĩs qđ pbat̃ ex hoc ꝙ forma nõ recipit nisi differẽtias
⁊ mãm: ex differẽtijs aũt nõ habet ꝙ sit pticularis qꝛ sic
species oẽs essent pticulares: sed ex materia habet ꝙ hu
ius materia nõ est illius materia ⁊ angeli ponunt̃ non
habere mãm nisi aliqd loco mãe ergo seqtur ꝙ angeli
oẽs sint uñã ⁊ nullus sit hic angelus uel ille qđ falsuz est
ergo angelus nõ est suba simplex sed cõposita. ¶ Solu
tio dicimus ꝙ angelus est suba cõposita ⁊ dicimus qtu
oꝛ esse pncipia sube cõposite. s. mãm ⁊ formam ⁊ qđ est ⁊
esse. qd aũt sit materia ⁊ forma ex alijs patet. id autẽ qđ
est intelligo eẽ id qđ substat forme ⁊ pcipue illud rõne
cuius subsistit. hoc aũt est in quo forma cõpositi habet es
se ƀm nãm ⁊ hoc in qbusdaz. qñqz separ̃ a forma que est
in ipso per gñationem ⁊ corruptionem sed in nõ gñabi
libus semp est in esse vno ⁊ vnius nãe. ⁊ ꝓpter hoc in il
lis nõ determinat̃ nisi per eẽ per formam ⁊ per actũ sub
stãdi illi ⁊ ideo pdicat̃ etiam (ut dicũt qdam ⁊ bñ) de eo
in quo est ƀm ꝙ dicimus ꝙ sortes est hoc qđ est: ⁊ rapha
el est hoc qđ est. materia enim nõ pdicat̃ de eo cuius est
materia. Siliter esse uoco formam cõpositi qđ pdicatur
de ipso cõposito sicut hõ est esse socratis ⁊ angelus est eẽ
raphaelis ⁊ in hoc differt a forma mãe que nõ pdicatur
de toto cõposito nec est forma totius sed partis. s. mate
rie. in hĳs eniz que nõ sunt gñabilia (ut dicũt qdã phi)
non est forma partis sed totius tñ. uel si est in eis forma
partis non tamẽ habet nomẽ diuersum uel a noĩe forme
totius uel a forma totius. Nec intelligo ꝙ forma totius
sit idem qđ vniuersale cum habeat eẽ in cõposito. sed ip
ne omni forma quandoq̃ in esse actuali esset q̄ꝺ est impossibile: quia omne esse actuale materie est a forma. ¶ Item ſm hoc nulla esset ratio quare materia illa terra uel aqua nominaretur potius q̄z alio nomine. ¶ Itē ſm hoc materia esset sola terminus creationis quia sola materia per creationem ad esse deduceretur: q̄ꝺ iterū est falsum quia materia sola nō potest esse terminus alicuius opationis. Si enim esset terminus cum nihil terminet opus nisi q̄ꝺ est actu oporteret ꝙ ipsa essent actu. ⁊ sic esset aliquid sine omni forma quod est impossibile ¶ Si ṽo dicatur materia cum aliqua forma supponi ⁊ non sub forma distincta sed forma confusa ⁊ permixta. ¶ Contra aut hec forma est accidentalis aut substātialis. Si accidentalis ergo substantia materie prius recipit formam accidentalē q̄z substantialem q̄ꝺ est impossibile quia materia primam potentiam habet ad formam substantialem per quam perficitur ⁊ sine qua nō potest esse subiectū accidentiū. ¶ Item materia desiderat formam sicut femina masculum ⁊ turpe bonum: hoc est ꝙ desiderat inquantum est imperfecta forma ut perficiatur. Et propter hoc forma diuinum dicitur ⁊ optimum ⁊ appetibile in fine primi phisicoꝝ. Ab accidentali autē non perficitur ergo illam non desiderat ergo forma illa confusionis nō est ex formis accidentalibꝰ ꝑter formas substantiales. Si ṽo dicatur ꝙ forme substantiales erant ibi confuse ⁊ mixte. ¶ CONTRA hoc erit ꝙ miscibilia sunt ante mixtum ⁊ ea que confunduntur ante cōfusum ut dicit philosophus ⁊ componentia ante cōpositum ergo prius fuerunt distincta q̄z cōfusa. ⁊ ita ante primam confusionē fuerunt elementa distincta in suo eē ⁊ in suis formis. ¶ Si ṽo dicatur ꝙ hoc est ſm naturam ⁊ nō ſm tēpus. ſm hoc opus dei non habebit ordinem nature sed erit contrarium ordini q̄ꝺ est contra sapientiam artificis omnia sub ordine recto ad esse deducētis: q̄ꝺ est inconueniens. ¶ Preterea elementa non ꝯfunduntur ⁊ cōmiscentur nisi aliquid moueat ad confusionem ⁊ cōmixtionē illam. ¶ Et queratur quid hoc fuerit ⁊ cū non possit corpus aliquod assignari mouens q̄z nullum corpus celeste adhuc mouebatur ſm hanc opinionem non erit mouens nisi uoluntas dei ad mixtionē ⁊ confusionem illam. ¶ Et tunc queratur quare uolūtas dei potius fuit contra ordinem nature q̄z ordini consentanea ⁊ non erit assignare. ¶ In contrariū sic obijcitur. dicit Crisostomꝰ super Joannem in homelia 22^a^. oportebat generari creaturas sed non simul ⁊ hominē cum muliere sed non hec simul. ¶ Item Gregoriꝰ 23° moralium. Rerum substantia simul creata est sed simul species formata non est ⁊ q̄ꝺ simul existit per substātiā materie non simul apparuit per speciem forme. ¶ Itē Beda super genesim. Celū creatura spiritualis est ab exordio perfecta ⁊ beata: terra ṽo corporalis materies adhuc imperfecta. ¶ Item hoc accipitur ex uerbis alchimij supra positis qui 2^m^ opus dei dicit esse in materia. 3^m^ ṽo per opera sex dierum uarias distinguere creaturas. Et quia multi sanctorum ad hoc cōcordant ꝙ nō omnia simul facta sint in materia ⁊ specie videlꝫ Damascenus Dionysius Basilius in exameron Ambrosius in exameron ⁊ Strabꝰ ⁊ alij sufficiant auctoritates ꝑinducte. ¶ Preterea Augꝰ ipse hoc videtur dicere. Dicit enī per celum informē naturā spiritualē significari que per lucem postea est formata. ¶ Item super illud terra erat inanis ⁊ uacua in 12° confessionum. Nonne tu dn̄e docuisti me ꝙ priusq̄z istam informem materiam formares atq̃ distingueres non erat aliquid non color non figura non corpus non spiritus non tamē omnino nihil erat enim quedam informitas sine ulla specie. ¶ Item dicit Augustinus in libro super genesim ad litteram. ꝙ maior est scripture genesis auctoritas q̄z omnis humani ingenij perspicacitas. Cum ergo genesis apte distinguat sex dies videtur ꝙ humanū ingenium contra hoc non debeat laborare. ¶ Item per rationem sic obijcitur. Omne ꝙ est in natura causaliter ⁊ exēplariter acceptū est a deo. sed in natura est ꝑcessus ab imperfecto ad ꝑfectum hoc est a potentia ad actum siue a materia ad formam: ergo hoc erit per prius per exempla in operibus diuinis. sed nō potest esse nisi prius sit materia per creationem ⁊ postea distinguatur per formas ⁊ ornetur. ergo videtur ꝙ creationis ⁊ distinctionis ⁊ ornatus opus nō fuerit simul sed per successionem temporis. ¶ Itē id q̄ꝺ fit subito ⁊ id quod fit in tempore non possunt esse simul. sed creatio materie est subito cum inter ens ⁊ nihil nullum est mediū: perfectio autem materie ſm formā fit in tempore quia omnis motus ⁊ mutatio sunt in tempore ut dicit philosophus. Cū ergo opus distinctionis ⁊ ornatus sit opus materiam ad formas deducens non erunt simul tria hec omnia creationis distinctionis ⁊ ornatus. ¶ Itē quatuor sunt extrema scilꝫ ens ⁊ nihil potentia ⁊ actus: ⁊ hec sunt extrema mutationum que inueniuntur in rebus. Iste autem mutationes non sunt eiusdem rationis quia vna habet subiectum ⁊ altera nō ⁊ vna fit subiecto ⁊ altera in tēpore. ⁊ vna habet mediū ⁊ altera non. Cum igitur summe sapientie sit ostendere vnumquodq̃ in suo esse distincto videtur ꝙ iste mutationes non poterunt simul esse in eodem sed vna post aliam. Cum igitur creatio sit inter ens ⁊ non ens dispositio autem ⁊ ornatus inter potentiam ⁊ actum illa opera non erunt simul. ¶ Preterea oīa in principio fuisse confusa dicunt quidam philosophi sicut Anaxagoras ⁊ Empedocles ⁊ Plato ⁊ Ouidius ⁊ Boetius. Dicitur enim in primo phisicorum. Quidam ex vno mixto scilicet inherentes contrarietates segregant quēadmodū anaximandros dixit. ⁊ quicunq̃ alij vnum ⁊ multa dicunt esse sicut Empedocles ⁊ Anaxagoras ex cōmixtione enim segregant alia. Differunt autem ab inuicem in eo scilꝫ ꝙ hic Emp̄. circulationem horum faciunt. Hic autem scilꝫ Anaxagoras infinitas simul partes ⁊ cōtrarias. Ille ṽo scilꝫ Empedocles uocata elementa solū. Plato autem in thymeo contra ultimā partem ubi agit de materia sic dicit. mixta siquidem mundi sensibilis ex necessitatis intelligentieq̃ cetu ꝯstitit generatio dominante intellectu ⁊ salubri persuasione rigorem necessitatis assidue trahente ad optimos actus hoc est generatio mundi sensibilis prima mixta erat ex cetu quoq̃ constitit necessitatis ⁊ intelligentie hoc est materie ⁊ idearum que fuerunt in intelligentia prima ⁊ constitit postea formata dominante intellectu diuino super materiā ⁊ trahente ipsam materiā rigidam hoc est nulli forme inclinatam ad optimos actus vniuscuiusq̃ forme substātialis. ¶ Item Plato fit ut receptaculi sinus nullam propriam naturaliterq̃ expressam habeat figuram propterea q̃ informis intelligatur ut qui odora pigmenta conficiunt ante omnia curant ut nullius odoris sint proprij que condientur susceptura videlꝫ humidos succos odoraminum ⁊ qui materijs mobilibus impressioniq̃ cedētibus insignire formas aliquas uolūt pure leuigatas appareant nec ullam omnino formā in apparenti leuigatione apparere patiuntur sic enim ꝙ ex omnibus rerū omnium formis ⁊ figuris eterne vite mansurisq̃ per secula recte insignitur nulla omnino propria species falsa opinione tribuenda est. ¶ Itē plato. Opinor omniū que gignuntur receptaculum esse quasi quedam nutricula. ¶ Item plato. Primū genus omnino imundum est q̄ꝺ gignitur ⁊ aliud in quo gignitur. ¶ Preterea tertiū ex quo similitudinē trahit mutaturq̃ q̄ꝺ gignitur. decet igitur facere comparationem similitudinēq̃ impartiri illi quidem ꝙ suscipit matris. At ṽo vnde hoc uenit patris illud autē nature que inter hec duo est prolis ⁊ propter hoc etiam dicit philosophus in fine primi phisicoꝝ

loquens de materia ꝙ est patens in totam nãm. ¶ Itē Boetius in de consolatione philosophie. O qui perpetua mundū ratione gubernas Terrarū celiq; sator: qui tempus ab euo Ire iubes stabilisq; manēs das cuncta moueri. Quem non externe pepulerunt fingere cause Materie fluitātis opus. ¶ Item Ouidius Ante mare ⁊ terras ⁊ qđ tetigit omnia celū Unus erat toto nature vultus in orbe Quem dixere chaos rudis indigestaq; moles. ¶ Solutio sine preiudicio sentētie melioris videtur Augustino consentiendum. Et ut melius intelligantur solutiones accipienda est eius sententia in libro super Genesim ad litteram ubi sic dicit in primo libro. Sicut uox materia uerborum est: uerba ỽo forma que uocem indicant: non autem qui loquitur prius emittit informē uocem quā postea possit colligere atq; in uerba formare. Ita creator deus non priorē tempore fecit informem materiam ⁊ eam postea per ordinem quarū cūq; naturarū quasi secunda consideratione formauit: formatam quippe creauit materiā sed quia illud vnde fit aliquid ⁊ si nō tempore quadam origine prius est q̄ȝ id quod inde fit. Potuit diuidere scriptura loquendi temporibus qđ deus faciendi temporibus non diuisit. Dicendum ergo ꝙ per distinctionē quam ponit moyses intelligitur distinctio rerū ƀm nature principia ⁊ nō distinctio temporum ƀm quem modum distinguit substantia materie a forma ⁊ forma generalis actiuorum ⁊ passiuorum sicut elementorum a forma speciali que determinatam in specie habet actionem ⁊ passionem ƀm ꝙ supra distinximus opus creationis ab opere dispositionis siue distinctionis. Et opus distinctionis ab opere ornatus. ¶ Ad auctoritates sanctorum supra positas dicendum ꝙ simul potest notare simultatem temporis ⁊ in hoc sensu esset contrarietas ad Augustinū. Si ỽo notetur simultas in ordine principiorum nature ƀm viam generationis sic non erit contrarietas quia ƀm illā viam substantia materie siue potentia est ante actū. Et actus primorum principiorum celi videlicet elemētoꝝ est ante actum creaturarū que sunt in determinatis speciebus. ¶ Ad id quod obijcitur de Augustino dicendum ꝙ loquitur ƀm consequentiam nature ⁊ hoc quādo loquitur de terra. Cum ỽo per celum dicit intelligi angelicam naturam: loquitur allegorice ⁊ informitatē appellat considerationem illius nature in se: formationem autem uocat perfectionem ipsius per gratiam nec tamen intelligit ꝙ natura gratiam tempore precesserit sed ratione ut supra est ostensum. ¶ Ad aliud est dicēdum ꝙ humanum ingenium non laborat cōtra scripturam a deo omnia simul esse creata sed nititur ad expositionem que ƀm rationem est uerisimilior. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ Augustinus appellat informitatem purā substantiam materie sine omni forma que tamē nunq̄ȝ tempore fuit sine forma ut supra in questione de materia est probatum. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ natura nō in toto potest imitari opus diuinum ex nihilo enim nō potest facere aliquid quia sicut dicit philosophus in fine primi phisicorum. Nos autem dicimus ⁊ ipm̄ fieri quidem simpliciter nihil ex eo ꝙ non est sed tamen fieri ex eo ꝙ non est ut ƀm accidens. Ex priuatione enim aliqđ fit ut ex non homine homo. Similiter non potest natura imitari opus dei in subito faciendo aliquid: oia enim que facit natura in tempore facit. sed natura imitat̄ opꝰ dei qđ est ex nihilo aliqđ facere faciēdo ex eo ꝙ quodā modo est nihil ⁊ non simpliciter nihil. Aliud opus autem qđ est subito facere imitatur in faciendo in breuissimo tempore quod potest. Nihil enim multiplicem habet expositionē ut dicit Anselmus in libro de casu diaboli ubi dicit ꝙ tribus modis dicitur aliquid fieri de nihilo. Primo modo quando uolumus intelligi ꝙ aliqđ penitus non sit factū qđ factum dicitur de nihilo quia nihil est ⁊ est simile cum aliquis tacet ⁊ queritur de quo loquatur respōdetur de nihilo quia nihil loquitur. Secundo modo dicitur sed nō uere aliquid fieri de nihilo ut ex ipso nihil. i. ex eo ꝙ penitus non est effectū sit quasi ipsum nihil sit aliquid existens ex quo aliquid possit fieri. Tertio modo cum intelligimus esse quid factum: sed non intelligimus vnde factum sit sicut ex materia sicut nihil accipit̄ in diffinitione creationis qñ dr̄ ꝙ creare est de nihilo aliquid facē. Et est simile cū hō ꝯtristat̄ sine causa dr̄ de nihilo esse ꝯtristatus. Est etiā quoddā nihil ƀm quē modū dicimus aliquē de nihilo recepisse sanitatē cū ex egritudine sanus factus est. Et aliquē ex nihilo factū esse diuitē cum ex pauptate factus est diues quia egritudo nihil est sanitatis ⁊ paupertas nihil est diuitiarum ⁊ hoc nihil est nihil priuationis non negationis pure relinquit enim materiam cū priuatione ⁊ ex illo operatur natura. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ mutatio materie ad formam est in tempore quādo motor materie est natura siue virtus alicuius corporis phisici. ⁊ hoc ideo quia necesse est prius disponi materiam ante formam que dispositio exigit tempus ⁊ prius ⁊ posterius in ipso tempore. ¶ Item oīs motus est mutatio in natura ut ad causam primā in genere suo reducit̄ ad motum celi ⁊ ille est in tempore. Cum ỽo motus materie ad formam reducitur ad motorem primū qui est deus: sicut est in opere dispositionis ⁊ ornatus tunc fit subito. Et ita patet ꝙ simul potest esse cum opere creationis p̄cipue cum ante materia non sint inuente forme contrarie ⁊ dispositiones quas necessariū fuit purgari per alterationes precedentes inductionem forme substantialis in materiam sicut est in opere nature. ibi enim generatio vnius est corruptio alterius ⁊ econuerso qđ nō fuit in primordiali rerū creatione dispositione ⁊ ornatu. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ sapientia requirit ordinem qui est ƀm rationem rectam nature ⁊ non requirit ordinem temporis. Sepe enim sequuntur in tempore que priora sunt in natura sicut dicit philosophus in libro de anima. ꝙ animal vniuersale posterius est particulari cū tamen ƀm naturam sit prius. Et Joannes baptista dixit de christo. Ueniet fortior me post me cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius. ¶ Ad illud quod obijcitur de Anaxagora ⁊ Emp. dicendum ꝙ ipsi de plano mentiti sunt. Anaxagoras autē posuit omnia esse in omnibus per materiam ⁊ formam ⁊ per intellectum agentem segregari potius q̄ȝ generari. Et vnūquodq; accipere nomen a dominā̄te in ipō. Lignū enim ƀm eum non dicitur lignum quia non sit in eo lapis sed potius quia vincit in eo natura ligni. Hanc autē confusionem dicit tm̄ fuisse semel in principio mundi ⁊ postea semper ex illo confuso fuisse segregationem per operationem intellectus agentis. Emp. autem non ponebat omnia cōmisceri sed tm̄ quatuor elemēta ⁊ cū hoc dicebat vnum corporū non transmutari in formā alterius ⁊ resumere formas easdem. Causas autem congregationis in illud vnum mixtum ⁊ segregationis ab illo dicebat esse litem ⁊ amicitiam. amicitia enim cōgregat ⁊ lis segregat. ⁊ dicebat etiam ꝙ quādoq; oia ꝯgregantur in mixtū ⁊ quandoq; segregant̄ ab ipso. Et hec vicissitudo fit multis modis ⁊ vicibus in infinito tempore: vnde patet ꝙ ratio horum philosophorum non concordat alicui opinioni sanctorum. ¶ Ad primā ỽo auctoritatem platonis dicendū ꝙ ipse mixtionem improprie accipit. mixtio enim proprie ut dicit philosophus in fine primi Perigeneos est miscibilium alteratoꝝ vnio. Et ƀm hanc rationem mixtionis miscibilia precedunt mixtum ƀm materiā ⁊ formam. Sed plato uocat mixtionem ibi que est materie solius. ¶ Et ad hoc intelligēdum notandum ꝙ materia accipitur duobus modis. s. ut prima que non est disposita uel inclinata ad aliquam

formam quā Plato uocat rigidā necessitatē ꝛ est materia disposita ꝛ inclinata ad hanc uel illam formā. In materia ꝟo pmo modo dicta dicitur esse natura mixti non ideo q: forme miscibiliū sint ibi alterate: sed q: sicut in mixto indeterminati sunt actus miscibiliū ad vnuꝫ uel ad alterum ita in materia illa indeterminate sunt potentie ꝛ desideria materie ad vnam formā uel ad aliam. Et propter hoc dicit Plato ꝙ diuinus intellectus sapientie scilꝫ creantis assidue distinguēdo ꝛ ornando traxit eam ad oppositos actus in natura. s. substituēs ideatuꝫ iuxta exēplar idee que est in sapiētia creāte. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ Plato ibi assimilat mām primā duplici materie in arte mechanica architectorica. hij eniꝫ qui per sigillationem querūt inducere formā accipiūt materias molles vnicuiqꝫ sigillationi de facili obediētes que tū posterius retinēt sigillationē. Sic etiam est materia pma obedibilis qdem ad oīs forme susceptionē ꝛ etiam retinens hanc ꝛ illam impssam. Hij ꝟo qui uolunt inducere formam icisionis accipiunt ligna leuigabilia per detrūcationē partiū ꝛ polibilia per remotionē pcedētiuꝫ figurarum ut sic nō obstante figura pcedēte inducat̄ forma incisionis. Si materia pma talis creata est que diuidi possit per actū gnātionis ita ꝙ pars eius sit sub forma vna ꝛ pars altera sub forma altera. Similr̄ creata est talis que possit amittere formā vnam ꝛ recipe alteraꝫ. ¶ Ponit etiam Plato silr̄itudinem ad ꝓpriuꝫ subiectuꝫ saporꝫ qd̄ est humidū aqueū: hoc enim nullum saporē habet actu potētia aūt omnes. Si enim aliquem hēret actu ille impediret gnātionem ceterorꝫ in humido illo. Et similiter est de materia pma ꝙ nullā habet formā actu: potēs est tū suscipe oēs: ꝛ hoc est qd̄ dicit Plato ꝙ materiā nō est appellādum ex qbus ꝛ ipsa sustinuit hoc est ex elemētis sensibilibus sed appellāduꝫ est eam potius inuisibilem quādam ꝛ informē capacitatē mira quadam ꝛ incōprehēsibili rōne inter nullā ꝛ aliquam subam nec plane intelligibileꝫ nec plane sensibilē positā. Sed quia ex hijs que in ea cōmutant̄ intelligi tamen posse videatur. Et de hoc dicit Augꝰ in 12o ꝯfessionuꝫ. ꝙ prima informitas que pene nihil est extra omne tēpus est capax tū ipa est formarum oium in quas mutantur res mutabiles. Nō tamen intelligūt Plato ꝛ Augꝰ ꝙ hec materia aliqñ sic fuerit tēpore sed natura ut supra in qōne de materia satis explanatum est. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ materia dicit̄ nutricula eo ꝙ forma ꝯualescit in ipsa sicut infans in nutrice ꝛ matre. ¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ mater dicit̄ materia ex eo ꝙ actus efficiētis nō est ab ipsa ꝛ ideo intellectus idealis qui agit ꝑm spēm idealē a Platone dicit̄ pr ꝛ res gnāta cōposita ex materia ꝛ forma dicit̄ ples mā ꝟo in qua fit forma dicit̄ mater. ¶ Ad id qd̄ obijcitur de Boetio dicēdum ꝙ mā dicit̄ fluitans nō ab actu humidi sed a silr̄itudine. q: sicut humidum facile recipit oēm figurā ita materia apta est ad suscipiēdam oēm formā. Unde Boeꝰ cōcordat cum Platone ꝛ ideo tunc sequit̄. Tu cuncta supnō ducis ab exemplo. Pulchrū pulcherrimus ipse mūdum mēte gerens similiqꝫ imagine formans perfectasqꝫ iubes perfectuꝫ absoluere partes. ¶ Ad ultim̄ dicēdum ꝙ Ouidius ꝯsentit cum Anaxagora ꝛ Emp. ꝛ nō ꝯcordat cuꝫ aliqua opinione sctōruꝫ. ¶ Si quis aūt aliā uelit tenere opinionē. s. ꝙ non oīa simul tēpore facta sunt sed ꝑm ordinē illū quē ponit geneꝭ. Rñdebit ad obiecta in cōtrariuꝫ ꝙ oīa simul facta sunt duobus modis. s. in suba māe. ꝛ sic rñdet Gregoꝰ in moralibꝰ 32o liꝰ. ꝛ ex parte efficiētis qui nō uariat̄ in operando per vicissitudines tēporꝫ sed ex parte formationis nō sunt simul facta sed per senariū dierū spatiū ut distinguit moyses. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ glo. ecclīastici sumitur ex uerbis Gregorij ꝛ nō itelligit glo. ꝙ stelle celi cū celo simul facte sunt in forma sed simul in māe suba ꝛ similiter est de plantis ad terrā. Et hoc patet per originale in quo sic post supradictā glo. infert. Sol quippe luna ꝛ sydera quarto die in celo eē facta perhibent̄ sed ꝙ quarto die ꝓcessit in speciē primo die in celi suba extitit per cōditionem primo die creata terra dicit̄ ꝛ 3o arbusta cōdita ꝛ cuncta terre virentia describunt̄: sed ꝙ die 3o se in specie ꝓtulit nimirum primo in ipsa de qua ortuꝫ est terre suba condita fuit. ¶ Ad aliud dicenduꝫ ꝙ moyses post senarium dierum infert iste sunt gnātiones celi ꝛ terre in die quo fecit dn̄s ꝛc̄. ut oñdat successione creata esse disposita ꝛ ornata ꝛ tū simul facta fuisse in substātia. vnde Gregoꝰ qui diuersis diebus creatum celum ꝛ terram virgultum herbamqꝫ narrauerat nunc vno die facta manifestat ut liquido ostenderet ꝙ creatura oīs simul per subam extitit q̄uis non simul per spēm ꝓcessit. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ ꝑm aliaꝫ translationē factus est dies in causa sua. s. in claritate celi in cuius tū successiōe creature formarent̄. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ ꝑm aliam translationē factus est dies in causa sua. s. in claritate celi ꝛc̄. ¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ cuꝫ dicit̄ Ecce uehemoth quem feci tecuꝫ. per li tecū dupx̄ simultas significat̄. s. ex pte efficiētis ꝛ ex pte silr̄itudinis. Cuꝫ igit̄ angelus factꝰ est tunc aīa hoīs in quadā similitudine sui facta est. Aīa enim hominis similitudinem habet cum angelo in hoc ꝙ in ipsa est imago dei sicut in angelo ꝛ ꝙ est itellectualis nature. Et inde est ꝙ sancti dicunt ꝙ oīa simul creata sunt uel in materia ul' in similitudine. Corporalia ꝟo in materia simul creata sunt spūalia ꝟo in similitudine: lꝫ enim deus sigillatim creet animas tū oiuꝫ similitudo in angelis in prima reruꝫ ꝯditione precessit sic enim dicit̄ in psal'o. Qui finxit sigillatim corda eorꝫ qui itelligit omnia opera eorū. de hoc tamen melius postea habebitur in qōne de origine animarum. ¶ Ad rationes Augustini ducentes ad inconueniens dicendum ꝙ quando facta est lux tunc in efficiente generali factus est dies nec oportuit specialem circulum esse in quo lux illa rotaretur quia naturalis eius motus est circularis. ¶ Ad aliud inconueniens dicendum ꝙ dies non tū fit ad solamen animalium habitantiuꝫ in terra sed etiam ut per lumen ipsius moueant̄ elemēta ad diuersam actionem ꝛ passionem. Et hoc modo lux illa mouet primam confusionem materie ut magis habilis esset ad distinguibilitatem. ¶ Ad tertium incōueniens dicendum ꝙ sicut modo est abundantia lucis in sole ita tunc abundantia lucis fuit in quadā parte celi que circulari motu in vna parte materie fecit diem ꝛ ex vmbra opacitatis materie mixte in reliqua parte fuit nox ꝛ ecōuerso non ad solatium hominum sed ad maiorē distinguibilitatē elemētorꝫ ut dictuꝫ est. Lux enim diffundendo calorem rarificat ꝛ subtiliat mām. Calor enim subtilia homogenea sibi attrahit sursuꝫ ad se ꝛ grossa terrestria ꝛ aquosa relinquit deorsum: ꝛ per has opationes illustratio lucis pme opabat̄ ad distinctionem elemētorꝫ. Circulariter aūt ferebat̄ ut equalis esset distinctio in rotūditate mūdi sensibilis. ¶ Ad id aūt qd̄ obijcit̄ de cōtractione ꝛ emissione radiorꝫ solutio patebit posterius. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ lꝫ hec expō expresse nō inueniat̄ in textu biblie tū innuit̄ per hoc ꝙ dicit̄ dies pmus ꝛ dies secundus ꝛ dies tertius ꝛc̄. ¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ sapiētis non est quiescere ab ope frustra sed opus vnius diei non pficit̄ tū in hoc ꝙ ꝓducit̄ in esse. Est enim pfectio rei in se ꝛ pfectio rei in ope suo ꝛ utrūqꝫ intendit artifex cuius pfecta sunt opa. Unde cum primo die subito facta sit lux in esse tū q: opus lucis est circulariter mouere mām quatuor elemētorꝫ oportuit spatium illius circulationis trāsire anteqꝫ pfecta oñderet̄ lux in ope ꝛ in hoc factus est dies primus. Similr̄ secūdo die positum est firmamentum in medio aquarꝫ qd̄ lꝫ in esse suo in momēto cōpletum fuerit tū cum opus firmamēti etiā sit circulatio pfectio eius in ope in spatio vnius diei ostendebat̄ ꝛ sic de

alijs diebus est. Ad elemētorum distinctionem ⁊ terre nascētium ꝑcreationem ⁊ similiter aīaliuȝ generationē ꝑfecta reuolutio firmamēti exigit̄ ut. s. per diuersitatē luminis diuersificētur virtutes actiue ⁊ passiue. In mane enim maior est motus ſm calidum ⁊ humiduȝ. ⁊ in meridie ſm calidum ⁊ siccum. ⁊ in uespera ſm frigidū ⁊ siccum. ⁊ in nocte ſm frigidum ⁊ humidum. ⁊ ad hec exigit̄ reuolutio firmamēti in spatio vnius diei naturalis. ¶ Ad id qđ obijcit̄. dixit ⁊ facta sunt. Dicēdum ꝙ hoc intelligit̄ de ꝑfectione rerum ſm suuȝ esse ⁊ non de perfectione in actu ⁊ ope. ¶ Ad aliud dicēduȝ ꝙ ꝑfectissimi agētis est ꝑfectissimus actus qui pōt esse ſm virtutē materie ſm quam opat̄. Sed q: materia nō simul susceptibilis est esse ⁊ forme: oportet eniȝ ꝑus eam esse ⁊ postea formis subijci ideo non potuit simul fieri opus creationis ⁊ dispositionis ⁊ ornatus ⁊ hoc non est de imperfectione agētis sed materie. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ noīe cōfusionis non supponit̄ materia sola nec etiā materia cuȝ formis accidētalibus ꝑdicant̄ sicut bene ꝓbatuȝ est. sed materia cum formis substātialibus ⁊ actiuis ⁊ passiuis qualitatibus indistinctis tamē ſm locuȝ. ¶ Et ad id qđ in cōtrarium obijcit̄ dicēdum ꝙ est mixtio quādo miscibilia oīa remouent̄ a suis actibus in actum mediū ⁊ tale mixtum precedūt miscibilia tēpore ⁊ natura. ⁊ est mixtū in quo miscibilia non sunt remota a suis actibus sed tm̄ cōposita ſm indistinctionem loci ⁊ hoc mixtum est via ad distinctionem ⁊ locationem vniuscuiusq; in loco sibi conuenienti ⁊ tale fuit mixtum in ꝑmordiali sua natura. Pōt enim illud mixtum cōparari ad locum miscibiliuȝ uel attēdi ſm naturam cōpositi. Et si ꝑmo modo tūc cōfusum ⁊ mixtum est ante simplex sicut indistincta ſm locum sunt ante distincta. Si ꝟo secūdo modo attēdatur tūc uerum est qđ dicit phus. ꝙ miscibilia sunt ante mixtum sicut simplicia ante cōposita. ¶ Ad ultimū dicēduȝ ꝙ nullum corpus mouet ad hāc mixtionem sed uolūtas ⁊ sapiētia creātis cuius ꝑus est ꝑducere materiam indistinctam ſm formam ⁊ locum ⁊ postea distinguere ⁊ ornare ut patet ex predictis.

a SEcundo queritur Quid ſm opinioneȝ beati Augustini uocet̄ dies primus 2° ⁊ 3° ⁊c̄. ¶ Et querunt̄ tria. Quorum primum est qd uocet̄ dies. 2m de dierum numero ⁊ mane ⁊ uespere. ⁊ quare nox a moyse nō ꝯnumeratur. 3m de reductione sue opinionis ad sententiam aliorum sanctorum.

¶ Articulus 6°.

a AD primum proceditur sic. Dicit Aug° in 5° sup geneß. ad litteram cuȝ dicit scriptura. Cum factus est dies fecit deus celum ⁊ terram ammonet ut istum diem ⁊ septies intelligas repetitum ut fierēt septem dies ⁊c̄. Audis tūc facta oīa cum factus est dies illam senariam repetitionem sine interuallis morarum spatiorūq; tēporalium factam si possis apprehēdas. Et dicit ꝙ dies ille angelica natura est per cognitionem matutinam formata ⁊ lucē illustrationis uerbi dei. Et si obijcit̄ Aug° ꝙ hoc est allegorice exponere. dicit Aug° ꝙ non uolēs ꝙ lux magis ꝓprie dicit̄ de spirituali intelligētia q̄z de lumine corpali. Christus enim alio modo dicit̄ petra. ⁊ alio modo dicit̄ lux. Naȝ petra figuratiue dicit̄. lux aūt ꝓprie. vnde in euāgelio Joānis ꝑ°. Erat lux uera que illuminat oēm hoiem uenientem in hunc mundum. Et ipse de se alibi dicit. Ego sum lux mūdi qui seqtur me non ambulat in tenebris. ¶ Item Aug° in 4° super genesim ad lrām. Ubi melior ⁊ certior lux ibi uerior ⁊ certior dies. cum ergo non est uerior uespera nam si in istis diebus habet quādam declinationē sui lux in occasum quam uespere noīe nūcupamus ⁊ ad ortum iterum reditum qđ mane dicimus. cur nō ⁊ illic uespam dicamus cum a contēplatione creatoris creatura despicit̄. ⁊ mane cum a cognitione creature in laudeȝ creatoris assurgit̄. ¶ Item in 4°. qm̄ lux corpalis antequā fieret celuȝ qđ firmamētum uocat̄ in quo etiam luminaria facta sunt quo circuitu uel ꝓcessu uel recessu vices diei uel noctis exhibere potuerit nō inuenimus. Istam qōnem relinquē non debemus sine aliq̄ nr̄e ꝓbatione sententie: ut si lux illa que ꝑmitus creata est nō corporalis sed spūalis est sicut post tenebras facta est ubi lux a quadam sua informitate ad creatorem cōuersa atq; formata ita ⁊ post uespam fiat mane cuȝ post cognitionem sue ꝓprie nature que natura est ꝙ deus est refert se ad laudandam ueritatem ⁊ lucem que ipse deus est. Et ex hijs accipit̄ ꝙ lux ibi dicit̄ spūalis natura ⁊ dies dicit̄ cognitio eius. ¶ Item per rōnem hoc idem argui pōt. dicit eniȝ phus ꝙ intellectus agēs est sicut lux. Cum ergo angeli sint intelligētie agentes vident̄ esse lux: ⁊ ita congrue dies appellari. ¶ Item apl'us 2ª Corinth. Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere illuxit in cordibus nostris. Et ex hoc accipit̄ ꝙ lumen cōuenienter dicit̄ de luce spūali. ¶ Sed CONTRA dicit glosa sup illud. fiat lux. bene ab externa luce prius fit tēporalis lux ut per eam cetera viderent̄. Constat autem ꝙ per spiritualem lucem cetera non vident̄ sed per corporalem. ergo videtur ꝙ de spirituali luce non intelligat̄. ¶ Item Damascenus dicit. ꝙ per lucem intelligit̄ ignis ⁊ ignis nō est spiritualis lux ergo intelligit̄ de spirituali luce. ¶ Solutio dicendum ꝙ reuera Aug° intelligit per creationem celi creationem angelorum celestium ſm ꝙ in propria natura considerant̄. Per terram autem intelligit corporalia in sua natura considerata. Per hoc autem qđ dicit̄ tenebre erant super faciem abyssi. intelligit absentiam illustrationis rerum que postea ex angelica luce processit cum creaturas in se ⁊ in uerbo cognitas ad laudem dei retulerūt. Per lucem ꝟo intelligit primam formationeȝ angelorum quādo scilicet hoc ꝙ seipos nouerūt ad uerbum dei conuersi ad laudem creatoris retulerunt. Et tunc appellati sunt dies ⁊ informitas rerum corporaliuȝ nondum formata ⁊ a luce angelorum nondum illustrata appellata est nox. Et ideo Augustinus vult ꝙ dies de spirituali luce intelligat̄. Siquis ꝟo ad litteram magis uellet intelligere posset dicere ꝙ dies accipitur ibi proprie pro actu scilicet illuminationis que processit a luce primo creata que naturaliter circulariter ferebatur ut supra dictuȝ est. Et ita videtur intelligere glosa in contrarium adducta.

¶ Articulus 7°.

a SEcundo queritur Quid dicatur mane ſm Augustinum. ⁊ quid uespere. ⁊ quare non fit mentio noctis per septenariam repetitionem. ⁊ de numero dierum. Et accipiant̄ uerba Augustini in 4° super genesim ad litteram. ubi sic non temporali sed causali ordine prius facta est informis formabilisq; materies. Et spiritualis ⁊ corporalis de qua fieret qđ faciendum esset. in hijs ꝟo que ex informitate formata sunt euidentiusq; appellantur uel facta uel creata uel condita. Primum factus est dies. oportebat enim ut primatum creature obtineret illa creatura que creaturam per creatorem non creatorem per creaturam posset cognoscere. Secundo firmamentum vnde corporeus incepit mundus. Tertio species maris ⁊ terre. Quarto die lumina ⁊ sydera creata sunt. Quinto aquarum natura que de celo aeriq; coniungitur produxit ad dei uerbum indigenas suos. Sexto terrestria similiter animalia tanq̄ȝ ex ultimo mundi elemento ultima nihilominus produxit potentialiter quorum numeros tempus visibiliter explicaret. Hunc enim ordinem creature ordinate dies ille cognouit: ut per hanc cognitionem

sexies quodāmō p̄sentatus tanq̄ꝫ sex dies exhibuit cum sit vnus dies ea que sunt in creatore primitus ꝛ in ipsis ꝯsequēter cognoscens nec in ipsis remanēs sed eorū in posteriorem cognitionem ad dei referēs dilectionē ue/speram ꝛ mane ꝛ meridiem in oibus p̄buit nō per mo/ras tēporum sed per ordinem conditorū. Et ex huius au ctoritatis p̄ncipio habet numerus dierum ꝛ ex fine ei⁹ habet uespera ꝛ mane ꝛ meridies siue dies. ¶ Itē Au gustinus contra hoc videt dicere in 4° li° sic. diei nomē itelligamus in specie rei que creata est notione q̄ꝫ in ei⁹ priuatione uel defectu uel siquo alio nomine melius si gnificat cum amittit species aliqua mutatione a forma ad informitatem declinante atq̄ꝫ uergente: que mutatio in omni creatura inest possibilitate etiam si desit effectu sicut in celestibus supioribus siue ad implendam in infi mis rebus pulchritudinem tēporalem per ordinatas vi ces quorumcūq̄ꝫ mutabilium cessionibus successioni/busq̄ꝫ peragit. ꝛ sicut manifestum est in rebus terrenis atq̄ꝫ mortalibus uespera ꝟo in oibus perfecte ditionis quasi terminus qdam sit mane autem incipiētis exordi um. Ex hoc accipit q̄ dies perfectio rei est in esse ꝛ for/ma. nox autem corruptio ipsius ꝛ mane p̄ncipium eius. ꝛ uespera terminus cōplementi eius in esse. Sed videt q̄ plures esse debeāt dies f̄m Augᵐ. Sunt enim que/dam que nec sunt plante nec aīalia sicut sunt mineralia que tamē a deo creata sunt ꝛ a luce angelice cognitionis illustrata. ¶ Preterea videt q̄ commemorari debeat nox in repetitione septem dierum f̄m Augᵐ. q̄ꝛ sicut di es sit in bonis angelis ex cōuersione ad uerbum ita nox in malis ex auersione ab eodem. ¶ Solutio dicēdū q̄ senarius dies accipit f̄m numerum causarum naturali/um ut supra habitum est. Ad naturam enim opantē re/quirit substātia p̄ncipiorum ꝛ distinctio ipsoꝝ per quali tates mouētes agentes ꝛ patiētes ꝛ determinatio ipsoꝝ ad species f̄m quas mouēt ex similibus similia p̄ducen do. quoꝝ p̄mum pertinet ad creationem. 2ᵐ ad distincti onem. 3ᵐ ad ornatuꝫ. Et de sufficiētia creationis ꝛ distin ctionis iam habitum est. de sufficiētia autem ornatus sic dicēdum est. Ornatus aūt est in p̄ncipio mouēte nō ha/bente cōtrarium aut in habēte cōtrarium. Et si p̄mo mo do tūc est ornatus quarte diei quādo determinatus est motus supiorum ad motum specialium stellarum qua/rum motus specificat ex diuersitate nature ꝛ magnitudi nis ꝛ situs. Si ꝟo secūdo modo tūc dicit ornatus f̄m di uisionem aīalium. Hec enim sunt aut natatilia aut uola tilia aut gressibilia. Et uolatilia ꝛ natatilia pertinēt ad or natum quinte diei. Gressibilia autem cum homine per/tinēt ad ornatum sexte diei ꝛ huius ratio cōiūctionis in/fra patebit. ¶ De mineralibus autem dicēdum q̄ nec habēt aīam nec partem partis aīe ꝛ ideo non p̄tinent ad dispositionem uegetabilium nec ad ornatum animaliū. Sed in causis suis intelligunt facta quādo elementa in formis ꝛ locis distincta sunt sicut q̄ per actionem ꝛ passi onem diuersimode possint cōmisceri. ¶ Ad id q̄ꝺ que rit de mane ꝛc̄. Dicēdum q̄ mane f̄m Augᵐ duo ipor/tat. vnum per se. ꝛ alterum ex ꝯsequēti. s. creature iam in se cognite in deum per laudem relationē. Et hoc impor tat per se f̄m q̄ dicit inceptionem lucis. Alterum est ac/ceptio noticie de creatura fiēda siue facta que cōspicit in ꝟbo anteq̄ꝫ fiat in p̄pria natura ꝛ cognoscat. Et ideo eti am dicit Aug⁹ q̄ p̄ma dies non habet mane: q̄ꝛ cū opus p̄me diei sit celum ꝛ terra ꝛ lux. Per celum intelligit an gelica natura que non potuit sui uel alicuius nature fiē/de in uerbo accipe noticiam p̄usq̄ꝫ eēt sed tm̄ postq̄ꝫ cre ata fuit se in se cognouit ꝛ hec est uespera: q̄ꝛ uespera f̄m Augᵐ nihil aliud est q̄ꝫ cognitio rei in seipsa ꝛ se cogni/tam per ꝯuersionem ad uerbum in laudem dei retulit ꝛ noticiam firmamēti in medio aquarū sequēti die locati accepit ꝛ hoc est mane sequētis diei. Vn̄ p̄ma dies ma/ne hēri non potuit in luce cognitionis angelice. ¶ Ad id q̄ꝺ obijcit de nocte dicēdum q̄ nox per oēs sex dies non noīat: q̄ꝛ f̄m Augᵐ. oīa facta sunt simul ꝛ distinctio sex dierum non est in spatijs tēporum sed in ordine na/turali rerum: ꝛ ideo diabolus in senario dieruꝫ angelus adhuc factus est diabolus per casum q̄ꝛ a principio ceci dit sed aliquādiu cum bonis angelis in celis remansit. Cum igit nulla obscuritas inueniat in luce angeli non inuenit nox in illa repetitione. Sed mane est cognitio in uerbo creature fiēde ꝛ facte sit laus. vespera aūt est co gnitio rei in seipsa cuꝫ res iam facta est. dies aūt siue me ridies in quo est plena lux est illuminatio angelice sub stātie in cognitione creatoris. ¶ Ad aliud dicēdum q̄ beatus Aug⁹ ibi adaptat methaphorice mane ꝛ uespaꝫ ꝛ diem ꝛ noctē ꝛ periodū dierū. ¶ Articulus 8°.

Tertio queritur

De reductio/ne opinionis Augustini ad opinionem aliorū sanctoꝝ. Et vident non ꝯsentire q̄ꝛ ꝯtradictoria dicunt. Dicit eniꝫ Aug⁹. Oīa simul in vno momēto facta fuisse in materia ꝛ distincta in forma ꝛ loco ꝛ ornata in p̄prijs speciebus. Alij aūt sancti. s. Grego⁹ Hiero⁹ Ambro⁹ ꝛ ceteri dicūt oīa facta esse simul in substātia materie; sed per spatia sex dierū formata esse ꝛ distincta: simul aūt oīa facta esse in forma ꝛ non simul facta esse in forma sunt cō tradictoria que simul non p̄nt uerificari ergo videtur q̄ opiniones eoꝝ ad idem nō possint reduci. ¶ Itē diem esse ex p̄sentia lucis corporee ꝛ non esse ex p̄sentia lucis cōtradictoria sunt: ꝛ cum vnum eoꝝ sit de opinione Au gustini ꝛ alterum de opinione reliquoꝝ sanctorum non vident simul posse uerificari opiniones eoruꝫ. ¶ Sed CONTRA sancti eodem spiritu inspirāte locuti sunt sed sp̄us idem sibi ꝯtraria per diuersos non dicit. ¶ Itē exp̄sse videt Aug⁹ ꝯsonare alijs sic dicēs in 5° super ge nes. Tertia die species maris ꝛ terre facta est atq̄ꝫ in ter ra potētialiter ut ita dicam natura herbarum atq̄ꝫ ligno/rum. sic enim terra ad dei uerbum ea p̄duxit anteq̄ꝫ ex/orta essent accipiēs oēs modos eoꝝ quos per tēpora ex ercet f̄m suum genus. Similiter dicit Aug⁹ de q̄nto. die q̄ aqua natatilia ꝛ uolatilia p̄duxit ꝛ hoc potētialiter in numeris qui per ꝯgruas tempoꝝ moras exercent. Si/militer de sexto die q̄ tūc nihilominus potētialiter terra p̄duxit aīalia quorum numeros tēpus postea visibiliter explicaret. f̄m hoc videt Aug⁹ dicere q̄ opa sex dieruꝫ simul fuerūt creata duobus modis. s. in potētia ꝛ nume/ris. numeri autem ibi dicūt causarum p̄portiones q̄ for me rerum postea per tēpus fuerint explicate. hoc autem non ꝯtrariat alijs sanctis ꝛ sic vident esse ꝯsoni. ¶ So lutio dicēdum q̄ Aug⁹ in tribus locis ex intētione ꝛ p̄/posito p̄ncipium genes. exposuit in libro. s. cōtra episto/lam fundamēti ꝛ in ultimis duobus libris cōfessionum ꝛ in 12° li° sup genes. ad litteram. sed in nullo loco dicit oīa creata fuisse simul in materia ꝛ forma ꝛ ordinem die rum ponēdum esse in ordine rōnis ꝛ non in spatijs tem porū nisi in li° sup genes. ad litteram. In alijs enim duo bus opibus magis intēdit mysterium q̄ꝫ historie uerifi/cationem. Unde sciēdum est q̄ sp̄us sanctus duob⁹ mo dis inspirat expositiones sacre scripture. s. quātuꝫ ad cō sentaneum rōni ꝛ non cōtrarium fidei. ꝛ quātum ad cō sentaneum auctoritati. Et q̄ꝛ in textu auctoruꝫ sepius ali quid dicit aliter intelligēdum propter rudes ꝛ indoctos quos instruit sacra scriptura. ideo Aug⁹ magis eligit se qui rōnem non cōtradicens tamen quin distinctio tem porum necessaria sit cum p̄pter hoc ut ostendat distin/ctio rerum per distinctionem temporuꝫ. tum etiam pro/pter hoc: quia magis hoc modo instruuntur simplices qui nesciunt res distinguere nisi per tempora. Alij ꝟo sancti magis elegerunt sensum qui est iuxta auctori/tatem non tamen negantes nisi quod est f̄m rationem

ꝯsequens. Unde Aug° in 5° super genesim ad litteram. Cum audis tūc facta esse oīa cū factus est dies illam se nariam repetitionem sine interuallis horarum spatiorū ꝗ temporalium factam si possis apprehēdas. Si vo nō dum possis hec relinquas ꝯspicienda ualentibus. Tu au tem cum scriptura non deseruiēte infinitati tue materno incessu tecum tardius ambulāte ꝓficias que sic loquitur ut supbos altitudine irrideat: profunditate attētos terre/ at: ueritate uagos pascat: affabilitate paruos nutriat. Et ideo dicit etiam Gregorius ꝙ sacra scriptura est fluuius in quo agnus peditat ꝛ elephas natat. ¶ Ad id qđ obijcit de auctoritate Augustini dicēdum ꝙ ipse reuera po nit omnia simul creata in materia ꝛ forma que. s. natura motus supiorum ꝛ cōmixtionem elemētoꝝ per se ꝓdu/ cere non pōt. ꝛ ideo celum factum est a pncipio cum stel lis suis: ꝛ terra cum aīalibus suis: ꝛ aqua cū natatilibus suis ꝛ uolucribus. Et breuiter dicendo omnia in specie bus suis simul educta sunt que per virtutem motus celi simplicem ꝛ per virtutem stellarum ex cōmixtione ele/ mētoruꝫ sine alio motore educi non poterāt ut homo ꝛ leo ꝛ cetera quedam que pter virtutem celi ꝛ elemētoꝝ regrunt causam motorem specialem ad sui generationē ſm ꝙ homo generat hoīem ꝛ leo leonem ꝛ sic de alijs. ſm quem moduꝫ dicit etiam phus ꝙ homo generat ho/ minem ex materia ꝛ sol. Sunt tamen quedam non ma gnam habētia diuersitatem in partibus corporis ut plā/ te. ꝛ quedam aīalia precipue reptilia quedam ꝛ quidaꝫ pisces que non oportuit pmo cum alijs in speciebus ꝓ/ prijs fieri sed tm̄ in causalibus rōnibus suis: ꝗ ad horuꝫ ꝓductionem sufficit motus celi ꝛ stellaruꝫ ex materia di uersimode cōmiscibili. Et hoc est qđ dicit phus in 2° de generatione ꝛ corruptione. in equali ente materia ꝛ nō ubiqꝫ eadem necesse est generationes inequales esse ꝛ has qdem motores citiores has vo tardiores ut dicit eti am Auicē in li° de diluuijs. ꝙ mures generant de terra quādoqꝫ ꝛ serpētes de capillis. Et ideo dicit Aug° super illud. germinet terra herbam virētem. i. potēs est germi nare. Per hoc autem ꝙ dicit opus qnte ꝛ sexte diei pri mo factum esse in potētia ꝛ numeris intelligit potētiam cōpletam materie que nō est nisi quādo materia descin/ dit a motore specificato ꝛ aīato ꝛ per numeros intelligit sufficientiam causaruꝫ in numero ꝛ ordine ad producti/ onem animati corporis.

¶ De singulis operibus sex dierum.

Postea queritur de sin gulis operibus que in pncipio Genesis enumerant. ¶ Et querunt tria. Quorū pmuꝫ est sigillatim de opibus sex dieruꝫ. 2^m in cōmuni de eisdem. 3^m de quiete sab bati. ¶ Circa pmum pmo querit de ope prime diei. Et querunt duo. Primum est de creatis in pma die. 2^m de qbusdam dubitationibus que oriunt ex littera. ¶ Cir/ ca primum autem adhuc duo querēda sunt. Primuꝫ de celo ꝛ terra. 2^m de luce.

¶ Ar° 9°. De creatis in pma die. Primo de celo ꝛ terra

Ad primum proceditur sic. Dicit Aug° in 5° sup genef. ad litteram. Prius facta est informis formabilisqꝫ materies ꝛ spūalis ꝛ cor/ poralis de qua fieret qđ faciendum esset cum ꝛ ipsa pri/ us ꝗ̄ instituta est non fuisset nec instituta est nisi ab illo utiqꝫ summo ꝛ uero deo ex quo sunt oīa que siue celi si/ ue terre noīe significata sit que in pncipio fecit deus an/ te vnum illum diem quem cōdidit postea sic appellata: ꝗ inde facta sunt celuꝫ ꝛ terra siue noīe terre inuisibilis siue cōposite atqꝫ abyssi tenebrose. Ex hoc accipit ꝙ ce/ lum ꝛ terra sunt ante diem pmum. ¶ Item Aug° in 12° confessionum. Celum terre huius ꝛ maris que fecisti 3° die dādo speciem visibilem informi materie quam feci/ sti ante oēm diem. Jam enim feceras ꝛ celum ante oēm diem: sed celum celi huius ꝗ in pncipio fecisti celum ꝛ terram. Ex hoc habet idem qđ pus. Si vo dicat ꝙ Au gustinus uocat diem artificialem qui incipit ab illustra/ tione lucis pmo die facte nihilominus tamen celū ꝛ ter ra sunt opus prime diei naturalis qui in. xij. horis conti net. ¶ Contra quicqd est extra omne tempus est extra oēm diem. sed terra ꝛ celum sunt extra omne tēpus ergo sunt extra oēm diem. Probatio medie: ꝗ dicit Aug° in 12°. cōfessionum. Doctor famuli tui cum te cōmemorat in pncipio fecisse celum ꝛ terram tacet de tēporibus. sili ter de diebus. nimirum enim celum celi qđ in pncipio fecisti creatura aliqua est intellectualis ꝗ̄ꝗ̄ nequaqꝫ ti/ bi trinitati coeterna particeps tamē eternitatis tue ualde mutabilitatem suam pre dulcedine felicissime contēpla tionis tue cohibet ꝛ sine ullo lapsu ex quo facta est inhe/ rēdo tibi excedit oēm uolubilem vicissitudinē tempoꝝ. Ista vo informitas terre inuisibilis ꝛ incōposite nec ipsa in diebus numerata est. ubi enim nulla species nullus ordo nec inuenit quicꝗ̄ nec pterit ꝛ ubi hoc non fit non utiqꝫ sunt dies nec vicissitudo spatioꝝ temporalium. Si forte dicat ꝙ ibi celum accipit pro angelica natura: ꝛ ter ra pro substātia materie informis que sic non sunt sub tē pore sunt tm̄ cum tēpore sicut tpa coequeua. ¶ CON/ TRA dicit Aug° in 5° sup genef. Ante creaturam fru/ stra tēpora relinquerent quasi possint inueniri ante tem pora tpa: motus enim si nullus esset uel corpalis uel spi/ ritualis nature quo per psens pteritis futura succedunt nullum esset tēpus oīno moueri aut creatura non utiqꝫ posset si non esset. potius igit tēpus a creatura ꝗ̄ creatu ra cepit a tempore. Utrum autem ex deo ex ipso enim ꝛ in ipso ꝛ per ipsum sunt omnia. ¶ Solutio dicēdum ꝙ ſm oīuꝫ sanctoꝝ expositiones terra pro materia informi quādo dicit. In pncipio creauit deus celuꝫ ꝛ terram eo ꝙ informitati materie nihil est ita ꝓpinquum sicut terra sicut dicit Aug° in 12° ꝯfessionum sic dicens. ꝙ in oībus partibus mūdi repiri pōt ꝓpinquius informitati omni/ mode ꝗ̄ terra ꝛ abyssus. minus enim speciosa sunt pro suo gradu infimo ꝗ̄ cetera supiora plucida ꝛ luculenta omnia. Cur igit accipiam informitatem materie quam sine specie feceras: vnde speciosum mūdum feceras ita cōmode hoībus interminatam siue intimatam ut appel let terra inuisibilis ꝛ incōposita. Celuꝫ autem ſm quos/ dam sanctos ponit pro angelica natura ꝛ ſm quosdam pro tota quinta essentia: ꝛ ſm alios pro celo empireo. Et quocūqꝫ modo sumat ipsum ſm suum esse tempori nō subiacet ut supra in questionibus de tēpore est ostēsum. ¶ Dicēdum ergo ſm Aug^m ꝙ si materia prima consi/ derat ſm suam substātiam sine omni forma ꝛ sine ordi/ ne ad formam tūc est extra tempus. Et similiter celuꝫ ꝓ pter sui immutabilitatem nihilominus tamē est cum tē/ pore ꝛ sic cadit in opus pme diei ſm ꝙ opus creationis pmo die ponit esse factum. ¶ Ad id qđ obijcit de Aug° ꝙ tēpus incepit a creatura. dicēdum ꝙ ipse ibi tēpus ac/ cipit stricte. s. pro mutationis mēsura que est in materia ut in subiecto. sed sancti qui ponunt tempus coequeuū materie intelligūt de tempore qđ est mēsura cuiuscūqꝫ mutationis ꝛ adiacet omni rei siue mutabili siue immu tabili que tamen in esse ex non esse ꝓcedit. ¶ Ar° 10°

Secundo queritur de luce Utrum sit corporea uel incorporea. Et videt ꝙ incorporea. ꝗ dicit Aug° ꝙ per lucem intelligit angeli ca natura ad deum conuersa. ꝛ ꝓbat ꝙ non pōt intelligi de luce corporali. Si eniꝫ corporalis lux facta est inquit Augustinus. que nam est illa quam cum sol occiderit vi dere nō possumus. ¶ Item si dicat ꝙ iūcta est soli que est causa huius iuncture. ut enim dicit Aug° in 2° super

genesim ad litteram. Nullus debet refellere eos qui per rõnem querũt quid in creatura esse possit ut dicat ꝓm oĩ potẽtiam dei cui cũcta possibilia sunt oportere nos credere aquas graues quas nouimus atq; sentim⁹ celesti corpori in quo sunt sydera supfusas esse. nunc enim quemadmodum deus instituerit naturas rerũ ꝓm scripturas eius non ꝯuenit querere. Nam quid in eis uel ex eis ad miraculũ sue potẽtie uelit opari. neq; enim si uellet deus aliquãdo oleum sup aqua manere non fieret non ex eo tamen nobis olei natura cognita est incognita ꝙ ita facta sit ut in appetẽdo suum locum etiam si subtus fusũ fuerit ꝓrumpat aquas eisq; se suppositum collocet. Igitur a simili non est dicẽdum aliqd de illa luce ꝙ ex natura lucis ostẽdi non poterit. Q° autem sit corporea sic ꝓbat. Dicit Beda sup genesim. ꝙ per lucem illam intelligit nubes lucida que non de nihilo sed de preiacẽte materia formaliter facta est ut lux esset ⁊ vim lucendi haberet in qua dierum ꝓma exorta est: q: ante lucem nec dies fuit nec nox l; tempus fuit. ¶ Item Damascenus 2° li° cap° 7° dicit. ꝙ per lucem intelligit ignis. ignis autẽ est corporeus ⁊ sic lux illa videt esse corporea. ¶ SOLUTIO cum dicit in genesi fiat lux. intelligit de luce que est habitus corporum luminosoꝝ. ¶ Ad primum igit dicẽdum ꝙ beatus Augustinus ꝓcedit ꝓm hũc modum ꝓm quem per celum intelligit angelica natura informis ⁊ hoc mystice. ꝓm eũdem enim modum intelligit conuersio eius ad deum. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ Beda nõ ĩtelligit ꝙ lux illa fuerit nubecula ꝓm essentiam sed per similitudinem. nubes enim non generat nisi ex uapore infimoꝝ elemẽtorum ⁊ hoc modo non generabat lux illa sed similitudinem habuit cum nubecula in hoc ꝙ sicut nubes exalata ⁊ obiecta soli recipit candorem illustrationis quem ulterius ministrat inferioribus illuminabilibus: ita lux illa fulgorem dedit corporibus que ulterius illuminabãt inferiora. ¶ Ad aliud dicendũ ꝙ Damascenus lucem exponit materialiter nõ tñ ponẽs omne subiectum lucis sed quoddã. ¶ Ar° II°

TErtio queritur de dubitabilibus que oriunt ex littera.

a D primum proceditur sic. Dicit Arˢ: ꝙ somnioꝝ quedā sunt causa quedam signuȝ ⁊ quedā incursus accn̄tales: sicut ⁊ in rebus quedā fiunt per cām sicut defectꝰ solis per interpositionez lune. quedā v̾o sunt signa eoꝝ que fiunt: sicut approꝑinquatio lune ad locū ꝯiunctionis signum est eclipsis future. quedā v̾o accn̄tia sicut ꝙ aliquo ambulante accidit solem eclipsari. ¶ Sed cōtra hoc est videt enim ꝙ nullū somniū sit causa. omne eniȝ somniū est simulacrū apparēs in aīa. nulluȝ aūt simulacrū tale causa est alicuiꝰ futuri: ergo nullū somniū causat futuruȝ. p̄ma patet per antedicta. 2a v̾o probat per lō ꝙ spēs que sunt in aīa nō sunt cause rerū extra sed potius causate ab ipsis. ¶ Itē si sunt cause tunc erūt cause ꝑse uel cause per accn̄s. Si cause ꝑse tunc aut efficiēs aut formalis aut finalis aut materialis. Si efficiēs cum igit efficiēs ꝑse nō agat nisi cōiuncta tunc erūt somnia semp ꝯiuncta rebus illis que significant in futuro: qđ plane falsuȝ est. Si dicatur ꝙ sit causa finalis cuȝ igit causa finalis sit habita post rem tūc somniū debet fieri post illam rem que figurat in futuro qđ iterum falsum est. Si dicatur ꝙ sit formalis uel mālis: cum igit ille cause sint intrinsece rei semper ⁊ nunq̄ȝ extra eam: oporteret ꝙ qđlibet somniū esset intrinsecuȝ rei significate in futurū uel ut forma uel ut mā qđ iteruȝ falsum est. Si ꝓpter hoc dicat ꝙ est causa per accidens. Cōtra. omne per accn̄s reducit ad id qđ ꝑse est sicut ad ſm ut dicit Arˢ: 2o phiᶜ ꝙ policletus est causa statue per accn̄s eo ꝙ policletus est statuarius ⁊ statuarius est ꝑse causa: ⁊ albꝰ hō sanat per accn̄s eo ꝙ albus hō est medicus ⁊ medicus hō sanat ꝑse. Si igit somniū est causa per accn̄s futuroꝝ oportebit aliqđ eē in somno uel somniāte qđ sit cā ꝑse: qđ nō est facile fingere: cū sepissime somnia mꝰque multū distāt per locū ⁊ tēpꝰ quoꝝ nullo mō sumꝰ cā ⁊ occasio. ¶ Preterea obijcit sic ꝯtra hoc ꝙ dicit quedam esse signa futuroꝝ. signum enim aut est in sup̄ficie attingens rei ꝓfundū ⁊ sic est causa apparētie ⁊ non existentie. aut est ꝓfundū rei attingēs ⁊ sic est causa apparētie ⁊ exn̄tie ꝓbabilis. Et quocūqȝ mō dicat ꝙ somniuȝ est signū tunc ꝯtingit rem sillogizare per somniū uel ex probabilibꝰ uel ex apparētibus quoꝝ utrūqȝ est falsum: nihil enim sequit iste videt pisces: ergo pluet. nec etiaȝ habet argumēti apparentiā. silr nihil sequit iste videt septem spicas ꝑcussas uredine: ergo erūt septē anni sterilitatis: nec est ibi aliqua apparētia. Eodem modo obijcit contra 3m mēbruȝ sic: q: dicit phus quedā somnia eē incursus accn̄tales ad futura. accn̄s enim nō est p̄ncipalr suuȝ ſm: ergo videt ꝙ somniū deberet esse in re significata in futuro ⁊ eodem tp̄e cum ipsa. ¶ Preterea dicit phus ꝙ somniū est accn̄s futuri sicut aliquo ambulante attingit solem eclipsari. sed ambulatio ambulantis nullum hēt ordinē ad eclipsim solis: ergo videt ꝙ somniuȝ est incursus accn̄talis ⁊ nulluȝ hēt ordinē ad futurorū significationē. ¶ Iteȝ dicit Arˢ: ꝙ somnia que sunt cause futuroꝝ qn̄qȝ sunt ex p̄te corp̄is qn̄qȝ sunt ex p̄te aīe. Ex p̄te corp̄is cōtingit p̄uidere infirmitates corporis futuras ex aliquo modico motu humoruȝ qui cōtingit in somnis. ex p̄te aīe aūt qn̄ p̄paratus existit motus a diurnis inchoationibꝰ. motꝰ enim in somnio frequēter principia sunt actuuȝ ⁊ eoꝝ intelligētia in fantasmatibus nocturnis p̄cedit: sed ſm hoc videt ꝙ somniū nō sit ab intelligentijs sep̄atis que dicunt angeli ut a causis. Qđ tn̄ dicunt Alga. Alphora. ⁊ Auic. ¶ Solutio dicendum cuȝ philosopho ꝙ somnia sunt duplicia. qn̄qȝ eni hn̄t significationē ⁊ qn̄qȝ nō. Illa que nō hn̄t significationem nō sunt nisi motꝰ simulacroꝝ ut supra dictum est. Illa v̾o que significationē hn̄t triplicem hn̄t relationē ad sigta. s. cause signi ⁊ incursus accn̄talis. illud enim qđ cognoscitur aut cognoscit ex ꝓprijs aut ex cōibus. Si ex proprijs tunc per cām hēt cognosci. Si aūt ex cōibus hoc est per propinqua uel remota. Si per ꝓpinqua tunc cognoscit ex signis q: ꝓpinqua accn̄tia sunt signa. Si v̾o p remota tunc cognoscit per incursum accn̄talem. quocūqȝ aūt modo cognoscat in somnijs res futura semp cōior modus cog̊scēdi erit per ꝓp̄etates methaphoricas: ⁊ huius rō infra dicet. Si v̾o cognoscit per cām tunc est res que cām hēt ex p̄te corporis uel aīe. Ex p̄te corporis quideȝ sicut qn̄ aliqs videt se in igne uel in p̄te uel in toto. ex eo ꝙ in p̄te uel in toto in nāli calore calefactꝰ est: ⁊ aliquis somniat se comedere mel eo ꝙ fleuma dulce tangit palatum ⁊ linguā. Aliquis enim somniat se esse in niue ⁊ in aqua ⁊ in glacie eo ꝙ in p̄te uel in toto infrigidatꝰ est. Et ad hunc modū reducunt somnia sequētia cōplexiones hominum. Sicut ꝙ cholerici somniāt se frequēter ardere ⁊ fleumatici se natare ⁊ submergi in aqs: melancholici aūt recta obscura ⁊ nigra somniant se vidē eo ꝙ talis sit dispositio melācholie ⁊ hmōi. ¶ Ad hūc etiam modum reducūtur oīa illa somnia que sequunt nās ciboꝝ. qđ enim cōplexio facit per nām hoc cibus facit ex accn̄te: ⁊ eodem mō sunt somnia sequētia naturas infirmitatum. Qđ aūt in somnijs fortior occurrit motꝰ q̄ȝ sit: hoc ꝯtingit ꝓpter duas causas. Quarū vna est quia aīa tunc quieta est ⁊ tota fert ad motuȝ vnuȝ. 2a est q: spiritꝰ aīalis tunc quietus est ⁊ idcirco ab vno motu totꝰ imprimit: ⁊ iō ille motꝰ maior sic videt sicut vnum videt duo qn̄ diuaricat spūs visiuus. Causa v̾o que est ex p̄te aīe duplex est. s. ex p̄te scibiliū ⁊ ex parte op̄abiliuȝ. ex parte scibiliuȝ qn̄ inq̄sitio aliquoꝝ fuit in vigilia rep̄n̄tat motꝰ illius inq̄sitionis in somnijs ⁊ in eis manifestant futura scibilia. Ex p̄te op̄abiliuȝ v̾o qn̄ dispō aliquoꝝ op̄abiliū precedit in vigilia. Tunc enim motus eiusdeȝ dispōnis in somnijs p̄ostendit futurā op̄ationē. Signuȝ v̾o est triplex. s. in celo ⁊ in elemētis ⁊ in somniāte sicut stella mouet ad aliqđ cuius motꝰ exiguus exn̄s in vigilia nō ꝑci/

pit sed in somnio manifestat ꝯm ꝙ coiter dicitur a phis ꝙ aliquid sigñt somnia in plenilunio ⁊ aliud in sole ⁊ aliud in nouolunio: ⁊ aliud planeta exñte in bicorpore ⁊ aliud qñ sunt planete in signo vnius corpis. Ex parte ꝟo elemẽtoꝝ sunt signa qñ elementa disponunt ad serenitatem uel pluuiã uel uentos uel aliqd hmõi. Cuz eniz illa dispõ est pua in elemẽtis nõ sentit in vigilia sed pcipit in somno ꝯm ꝙ aliqs somnians pisces suspicat futuram pluuiã. Et aliqs somniãs pisces mori ⁊ exiccari interꝑtat futurã serenitatẽ. ¶ Signa ꝟo ex pte somniantis sunt dispõnes somnij nõ pue que nõ nisi in somnio sentiunt. Sicut si aliqs somniãs ignem interꝑtat futurã iram, ⁊ somniãs se videre os putridũ magnũ interꝑtat impositionem falsi criminis. ⁊ somniãs se videre scorpionem interꝑtat futurã detractionẽ occultã eo ꝙ talium dispõnes nõ mouerũt somniãtes ex pte corporis uel ex parte aie sicut in ira futura: forte fuit iniurie memoria uł alicuius debilis assensus sanguinis ad cor ex impositione falsi criminis: forte ꝓcessit suspicio aliqua uel aliquid factũ suspectũ cuius mot⁹ signuz fuit futuri. Accidẽs aũt siue incursus est de his que ꝓcul sunt tẽpore uel loco: ⁊ quoꝝ noticia sup nr̃am videt esse prudẽtiã ut dicit phs sicut est de nauali bello futuro uel de regnis subuertendis uel de toto statu mundi futuro. Sicut in somnio nabuchodonosor: ⁊ noticia somnioꝝ hmõi nõ fit sine reuelatione ut infra determinabit. ¶ Dicendũ ergo ad ꝑm ꝙ somniũ nõ dicit esse causa nisi q: est simulacrũ cause. ¶ Ad aliud dicẽduz ꝙ somniũ aliqñ est simulacrũ efficiẽtis: ⁊ qñqz finalis ⁊ qñqz formalis ⁊ qñqz mãlis. ⁊ bñ cõcedimus ꝙ est ꝯiunctuz aliquo mõ significato. Significatũ enim causa est in re uel in fieri apud somniantem ut patet ex ꝑdictis. Qñqz etiã est simulacrũ cause per accidẽs: ꝙ per accñs reducit ad pse causas in corpe uel in aia ut sup dictũ est. ¶ Ad id qd obijcit de signis dicendum ꝙ quedam signa sunt propinquiora ⁊ quedam remotiora ⁊ quedã sunt accepta ex pte reruz ⁊ illa sunt rõ inferẽdi apparẽter uel ꝓbabiliter: ⁊ de illis ꝓcedit obo. quedã aũt accipiunt ꝯm ꝓprietates methaphoricas ⁊ p illas nõ põt inferri. Dicit enim phus nõ cõtingit determinari ꝓbleuma ad eos qui extraneis noib⁹ res appellant ut platanũ hoiem trãsgrediunt enim positã locutionem: ⁊ talia sunt signa somnialia. Et dicit Alphorab. ꝙ somniũ est scia accepta cuz medio q: .s. nõ accipit p mediuz locale uel sillogisticũ. ¶ Ad hoc qd obijcit de cursu accñtis dicẽdũ ꝙ somniũ est simulacrũ alicuius accñtis futuroꝝ qd tñ in aia est sicut in sbto: ⁊ ꝓpter hoc non ꝓcedit ꝑma argumẽtatio. ¶ Ad aliud dicẽdum ꝙ est ordinatio ad futurũ per modũ signi uel per modũ cause ⁊ est ordinatio per modũ euẽtus casus uel fortune: ⁊ hoc intendit per suum exẽpluz exꝑmere phus: uel nihilominus tñ id qd est accñs nõ est oino ad utrũlibet. Sed per dispõnes subarũ sepatarũ ut celoꝝ uel elemẽtoꝝ magis declinãt in alterã partẽ ⁊ idcirco ꝑnosticũ est futuroruz. ¶ Ad ultim dicẽduz ꝙ oia somnia illa que nõ manifestant in signis corpalibus uel causis sup nr̃am sunt prudentiã ut dicit phs ⁊ sunt reuelatiões ab intelligẽtijs rapte humanis aiabus ut infra determinabitur.

¶ Utrum somnia de necessitate eueniant.

s **Ecundo queritur** Utrum somnia de necessitate eueniãt uel nõ. Et videt ꝙ sic. sunt enim somnia per reuelationẽ diuinã ut dicũt sancti ⁊ phi. sed reuelationi diuine nõ subest falsuz: ergo nec somnijs falsuz suberit. ¶ Itẽ somniũ Pharaonis ⁊ Nabuchodonosor ⁊ Danielis fuerunt ꝓphia de futuro. Sed ꝓphetie nõ põt subesse falsuz ergo nec tali somnio. ¶ Item tale somniũ aut sigñt aliquid aut nihil. Si nihil hoc est cõtra phos ⁊ sanctos coiter loquẽtes. si ꝟo aliqd hoc erit uerũ q: falsuz nihil est. Si ergo erit uerũ aut contingenter erit uerũ aut necessario. Si contingenter põt ergo nõ esse uerũ. ponat ergo ꝙ non eueniat tunc illud somniuz nõ significabit uerũ: ⁊ si nõ sigñt ueruz nihil sigñt ergo illud somniũ nihil sigñt sed impositũ erit significare aliqd. ergo somniuz qd aliqd sigñt nihil sigñt qd est ipossibile: ergo nõ cõtingenter sigñt ueruz: ergo sigñt necessario ueꝝ aliquid futurũ. Si dicat ꝙ somniũ illud qd est per reuelationẽ sigñt aliqd futuri de necessitate sed non id in quo nõ est reuelatio. ¶ Contra id qd est per reuelationẽ est id qd hẽt incursuz accñtalem tm̃ ad futurũ ⁊ illud minorẽ habet ordinẽ qd est ad futurũ qz id qd est causa uel signuz: ergo si illud de necessitate aliqd sigñt futuruz: multo magis significabũt aliquod futurũ de necessitate que sunt causa uł signũ: ⁊ sic oia somnia que aliqd sigñt in futurũ de necessitate significabũt illud. ¶ Sed cõtra dicit Ar: qm̃ ergo nõ eueniũt multa somnioꝝ nõ est incõueniẽs. ergo nihil ꝓhibet que somnia nõ euenire: que tñ futuruz aliqd sigñt. ¶ Item Ar: in 2° de gñatione ⁊ corruptione futuris quis incedere nõ incedet: ergo si aliquis somniauit aliqd futurũ fore incedere nõ ꝓpter hõ de necessitate incedet. ¶ Preterea hoc ꝓbat Ar: tam in corpalib⁹ signis qz in uoũtarijs ꝙ ea que futura sunt nõ de necessitate futura sũt. Signa eni celestia que sunt signa uentoꝝ uel pluuiaꝝ futuraruz nihil ipedit uel ꝓhibet impediri. Silr cõsilia humana de futuris nihil ꝓhibet nõ euenire ⁊ ꝙ aliqd posterius adueniat ⁊ ꝑiudicat signis ꝑcedẽtibus ⁊ cõsilijs: ergo a sili nõ eueniũt de necessitate. ¶ Solo ꝯsentiẽdo phis dicimus ꝙ somnia nõ eueniũt de necessitate siue sint cause siue signa siue icursus accñtales futuroꝝ. ¶ Ad ꝑm ergo dicẽduz ꝙ reuelationes fiunt duob⁹ modis. s. ꝯm uerã intelligentiã uoluntatis diuine: ⁊ ꝯm ꝑmixtionẽ fantasmatũ. ⁊ ꝑmo mõ nõ est somniũ ut sup habitũ est sed ꝓphetia de qua ifra disputabit. 2° ꝟo mõ est reuelatio nõ sigñs rem futuraz simplr ꝯm ꝯditionẽ aliarũ causarũ nãlium uel uoluntariaruz: que cause cuz nõ sint necesse nõ erit necessariũ futurũ qd sigñtum est. hoc tñ semp intelligẽduz est ꝙ somniuz semp fit in ꝓprietatibus fantasmatis: q: sine fantasmatibus nõ est aliqd somniũ. ¶ Ad aliud dicẽdum ꝙ illa somnia fuerũt ꝓphetica ꝯm quid ⁊ imobiles de futuro. s. exñtibus causis uoluntarijs. simplr aũt nõ. si enim merita uoluntatis imutata fuissent non induxisset deus factuz silr qd factuz est aureũ postea argẽteuz ⁊ sic semp prius est ꝓpter dispõnem uoluntatis eoꝝ qui sunt in seculo ⁊ nõ de necessitate. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ somniuz aliqd sigñt. s. ꝯtingens de futuro qd tñ ad alterã partẽ est magis dispositũ. Et si querit utruz hoc aliquid fit uł nõ. dicendum est ꝙ illud non est simplr sed ꝯm quid: ⁊ ꝯm dispõnem ⁊ propter hoc nõ sequitur ꝙ ipsuz absolute sit uerum. ¶ Ad ultimũ patet solutio per predicta.

¶ Utrum scia somnialis sit speculatiua uel practica.

t **Ertio queritur** Utrum scientia somnialis sit speculatiua uel opatiua. Et videtur ꝙ non speculatiua q: illa nõ acqrit nisi per habitudines ꝓpõnum ꝑmissarũ ad ꝯclusionez ⁊ per habitudinem medij termini quoruz nihil est in somnijs. ¶ Preterea oia somnia uel fere oia sunt de ꝑticularib⁹ ut dicit Alphorabius quib⁹ utimur ad cõprehendẽduz utile uel nocens in rebus futuris. Particularia aũt utilia uel nocẽtia sunt in qbus est opatio. ergo somnialis scia est principiuz opationis ⁊ nõ speculatiõis. ¶ Preterea fere oia accipiunt in ꝑncipijs methaphoricis. Ex methaphoricis aũt nihil infert ꝯm intellectuz speculatiuũ: ergo somniũ nõ est principiũ speculationis. Si ꝓpter hoc dicatur ꝙ somnialis scia practica sit. ¶ Cõtra practicũ est quod est opabile per nos. somnia ꝟo frequentissime sunt de his que nõ sunt opabilia per nos sicut de futura sterilitate ⁊ abũdantia fuit somniũ pharaonis: ergo somniũ non est

scia practica. ¶ Preterea etiam iuxta hoc queritur utrum somnia semp significent sub methaphoricis silitudinibus uel nō. et videtur quod sic: quia dicit phus quod artificiosissimus iudex somnio₂ est qui pōt silitudines inspicere. Preterea experimētū docet hoc quod ira futura sub igne somniatur et pluuia sub piscibus. ¶ Sed cōtra dicit Auic. quod qñq3 somniatur res ut est futura et tunc somniū nō indiget interpretatione. ¶ Preterea dicit idem quod qñq3 somniatur cōtrarium in cōtrario ergo nō semp est somniū in silitudine methaphorica. ¶ Iuxta hoc iterū queritur de mō interpretādi somnia. Et videtur Arist. dicere quod pmptus erit significatiua somnio₂ iudicare qui cito pōt sentire diuulsa et inspicē disto₂ta idolo₂: quia hoc qdē hois hic vero equi. ¶ Queratur ergo que sūt diuulsa et disto₂ta idolo₂: si enī illa sunt que turbato mō descendunt a loco fantastico ut quidā dicūt tunc nō erit interptatio somnio₂ illorū que sunt in fine dormitationis apud quietē spūs cuius cōtrarium dicit Auic. in fine enim dormitationis nō disto₂te nec diuulse descēdūt simulacra. ¶ Preterea dicit Algazel quod sensus interptationis somnio₂ est ut in tempore de h pmeditetur qd de forma remāsit in memoria eius qd fuit possibilius vidisse aīam quia fantasma comitatur illud in hoc. Vbi grā modus reminiscendi fiet per resolutionē sic. Dicet hmōi fantasia que nunc est quoquo mō uenit in memoria nr̄a et tunc recordabitur cause que fecit hanc esse debere. Et deinde cōsiderādo istā cām recordabitur cause illius et sic resoluēdo aliquid ostēdet in prima per quā labendo cecidit in istā ultimā. Sm hoc videtur quod reminiscētia omne fantasticū facit ad interptationem somniorū. fantastica enim somnia causant ab operationibus sensuum: quia a cogitationibus fiunt que sunt in vigilia. et sm hoc omne somniū significabit in pterito aliqd sensatum uel cogitatū qd falsum est: cum multa somnia significent aliqd in futuro. ¶ Item dicit Algazel quod quia cōmutationes fantasmatū nō retinentur in vno mō idcirco multiplicantur modi interptatiōis et uariantur sm signa: et sm dispōnes et artificia et tēpora anni et infirmitatē dormiētis: et sic ut nō possit inueniri interptatio nisi sm mediū estimationis quia impedit uelamē qd est ibi. ¶ Queratur ergo penes qd accipiatur ista diuersitas interptatiōis que est sm singularia et dispōnes et artificia et tpa anni et infirmitatē dormiētis. ¶ Solō ad pm dicēdū quod somnialis scia est accepta sine medio pbante uel inferēte ipam: et propter hoc nō est speculatiua. Est itē scia accepta sine eligētia et cōsilio et ppter hoc nō est simplr practica l3 somnia frequenter sunt de his in qbus uel circa que sunt nr̄e operationes et ppter hoc Socrates cōcionās ad atheniēses appellat sciam somnialē nō humanā sed diuinā. et Arist. dicit eam esse sup nr̄am prudētiā eo quod nō accipitur ex principijs scie speculatiue uel practice. et per hoc etiam patet solō ad duo sequētia. ¶ Ad aliud dicēdū quod l3 somnia qñq3 sunt de his que nō sunt opabilia per nos: tamen frequēter sunt de his circa que nr̄a opa sunt: sicut l3 famem nō faciamus tñ circa famē et abūdantiā sunt sollicitudines et opa humana. ¶ Ad id qd ulterius queritur utrum semp significent in pprietatibus methaphoricis. dicēdū quod frequēter sic ptingit tñ propter dispōnes somniātium ptingit etiam aliter. Sunt enim quidā somniātes clarissimarū aīarum et optime cōplexionis: et iō uaria intelligētia in ipis vincit imaginē et accipit reuelationem somnialē in ppria silitudine rei: et hoc erit somniū de quo dicūt Auic. et Algazel. quod nō idiget iterptatione. Quidā vero sunt minus potētes in intellectu et fortiores in imaginatione: et tunc imaginatio nō format imaginationes pprias sed methaphoricas: et hoc somniū indiget interptatiōe. Vñ quāto plus disto₂quēt imagines a uera rei intelligētia tāto somniū est obscurius: et hmōi causa iam assignabitur in sequēti qōne. ¶ Ad aliud dicēdū quod ratio vnius ptrario₂ scitur scita rōne alterius et econtra etiam ordines hñt ad vnum sm et ppter istas duas cōiunctiones ptrario₂ fantasia sepe disto₂quet se ab vna in alterā: et iō dicit phus quod qñ somniat se mori signū est quod plongatur ei vita. ¶ Ad id qd ulterius queritur de modo interptandi somnia dicēdū quod plura psiderantur in interpretatiōe somnio₂ sicut tangitur in ultima auctoritate Algazel. primū tñ est quod sciat segregare disto₂ta idolo₂ ab illis idolis que signt aliqd in futurū. dicuntur enim idola disto₂ta que sm se nō sunt idola futuro₂ sed sm pprietates remotas. Vbi grā ppter dispōnē pcupiscētie in corpore ptingit somniare aliquem coitū ut dicit phs. Et quia virgines pcupiscibiliores sunt contingit eas somniare coire cum virgine: illud somniū ex idolis repñtatis in ipo nō signt aliqd in futuro: tñ propter pprietatē coitus virginis signt angustiā in futuro ut dicitur in libro Danielis. Silr est de somnio famelici qui somniat se comedere oua: ex idolis enim illius somnij nō signtur nisi fames presens in corpore: tñ quia ouum nō comeditur nisi frāgatur: et cum frangitur occultū in oua reuelatur: ppter illam pprietatem signtur in comestione ouo₂ reuelatio occultorū in futuro. ut dicitur in libro somnio₂ Danielis. Diuulsa vero idola uocantur qñ fantasia cadit ab vno in alterū et ab altero in tres et sic deinceps: tunc enim opo₂tet recurrere ad primū qd aliquā futuri habuit signtionem. ¶ Ad aliud dicēdū quod Algazel loquitur de illis somnijs tñ que causantur a pterito sensu uel imaginatiuo. Ex imaginationibus enī illo₂ pcipue occurrūt signtiōes futuro₂. ¶ Ad ultimū dicēdū quod interptatio somnij aut accipitur de proprietatibus simulacro₂ de qbus est somniū: aut ex proprietatibus somniātis: aut ex pprietatibus mouentium in somnio. Et si pmo mō tūc est interptatio sm singularia in qbus est somniū. Si scdo mō tunc est sm dispōnes que sunt in somniāte pcipue ex cōplexione uel cibo. Si 3o modo tunc mouēs erit intus uel extra. Si intus tunc erit ex pte aīe uel ex pte corpis. et si ex pte aīe tunc erit ex proprietatibus artificij. artifices enim singuli sub methaphoris instro₂ suo₂ et suo₂ officio₂ somniāt futura. et h patet in duobus ministris pharaonis. s. pincerna et magistro pistorū. quo₂ vnus. s. pincerna vidit psagia futurorū et in vite et calice et vino. Alter vero. s. pisto₂ magister in canistris farine et oībus gñibus panū que fiunt arte pistoria. Si vero est mouēs ex pte corpis tunc est infirmitas. Si aūt est mouēs extra: siue sit ex pte stellarū siue ex parte elemēto₂ tunc uariatur sm tempora.

¶ Utrum futura ab homine perspiciantur solū uel quorum demonum habent causam.

d **Einde querendum** est de sexta qōne. s. Utrū futura ab hoīe pspiciantur solum uel quorūdā demonū hñt cām. Hanc enim mouet Arist. et nō disputat eam. Videtur enim quod nō solum futura perspiciantur ab hoīe sed etiā fiunt per reuelationē angelo₂ bono₂ uel malorū qui a phō demones uocantur. Dicit enī Aug. in 12mo super geñ. ad lr̄am. quod corporalem visionē et per imagines corporaliū que demonstrantur in spiritu et boni angeli instruunt et mali fallunt. Cum igitur imagines corporaliū fiāt in somnijs per ipas imagines et boni angeli ipm instruūt et mali fallunt hoīes. ¶ Itē Alphorabius dicit quod dato₂ scie somnialis est intellectus liberatus a mā. talis aūt intellectus liberatus a mā est intelligētia angelica: ergo videtur quod dato₂ cognitionis somnialis sit intelligētia angelica. ¶ Item Alphorabius scientia somnialis est a re diuina ex pfecta sollicitudine circa hoiem. ¶ Item Alphorabius et Auic. dicunt quod aīa in somnijs piungitur substātijs spūalibus que dicuntur angeli et recipit reuelationes somniales ab ipsis. hoc etiā accipitur in pncipio matthei ubi angelus reuelauit Joseph in somnijs ut accipet mariā piugem suā. et iterū tribus magis siue regibus ut per aliam viā redirēt in regionē

suam.⁊ iterum ut maria cum Joseph iret in egyptum:⁊ quarto ut rediret in iudeam.Et iterum hoc accipitur in somnijs Balaā quo cadens aptos habuit oculos ⁊ accepit reuelationē a bonis ⁊ malis angelis.Simil'r in somnijs Dañ.⁊ in Juda machabeo cui socij sui fidedignuz exposuerūt somniū.⁊ in libro iude:ubi vnus vidit ꝙ panis subcinericius ex ordio uoluebaꝶ in castris madian ⁊ subuertit tabernaculū ⁊ terre funditus coequauit.Simil'r aūt multa suppetunt extra.per rōnem etiaʒ probaꝶ idem.quidā enim sunt de futuro sub libro Aꝛ:ordinata que tñ nō possint hēre cām:necesse est ꝙ accipiantur per cām somni dictā.¶ Item oīs scia post ignorātiam est ab aliquo agēte itellectu.scia somnialis de futuro est scia accepta:ergo erit ab aliquo agēte intellectu.ꝑma ꝓbaꝶ per hoc ꝙ itellectus possibilis nō efficiꝶ in actu sciēdi nisi per agentē.2ᵃ probaꝶ per hoc ꝙ scia somnialis nō hebetaꝶ ante somniū.Hoc igiꝶ supposito queraꝶ de illo agente Utrū sit agens humanꝰ uel angelicus.Si dicaꝶ ꝙ humanus.Cōtra.humanū agens nō extrahit possibilem de potētia nisi per ꝑpōnes ꝑmas ⁊ per ordineʒ premissarū ad cōclusionē.talis aūt eductio possibilis nō est in scia somniali:ergo nō erit per agentē humanū.relinquiꝶ ergo ꝙ fiat per angelicū uel diuinuʒ.¶ Preterea diciꝶ in libro causarū ꝙ intelligētia est plena formis.Et diciꝶ in cōmēto eiusdem libri ꝙ aīa rōnalis est instrumētuʒ intelligibile : ergo videꝶ ꝙ intelligētia hēt imꝑmere formas in aīam rōnalem.Et cuʒ in somnijs apta nata sit magis ꝯiungi itelligētijs q̃ʒ in vigilia magis accipit impressionē hmōi in somnijs q̃ʒ in vigilia.ergo ab itelligētijs fiūt reuelationes somnioꝝ.Sed cōtra dicūt Alpho. ysaac ⁊ Auicᵃ ꝙ in intelligētijs non sunt nisi forme ul'es simplices sicut sube ipsarū simplices sunt.Si ergo imꝑmunt in aīas nō imꝑmunt nisi formas quales hñt:ergo nō imꝑmunt nisi ul'es ⁊ simplices sed somnia oīum uel oīa sunt in ꝑticularibus fantasmatibꝰ:ergo nō faciūt aliquā imꝑssionē in somnijs.¶ Item corꝑales sil'itudines nō sunt in itellectu puro simplici nec ab ipso somnia sūt in corꝑalibus sil'itudinibus ut sup̈ est ꝓbatuʒ.ergo nulla somnia sunt a puris ⁊ simplicibꝰ intellecibꝰ:sed tales sunt intellectꝰ angeloꝝ:ergo nulla somnia sunt ab angelis.¶ Queriꝶ etiā iuxta hoc quare intellectꝰ futuroruʒ nō demonstranꝶ in ꝓprijs imaginationibꝰ ut.s.homo videreꝶ in imagine hoīs ⁊ asinus in imagine asini cuʒ proprie imagines exꝑssius demonstrarent intellectum q̃ʒ methaphorice.¶ Sol'o dicēduʒ ꝙ in somnijs fiunt reuelationes ab intelligētijs que dicunꝶ angeli:⁊ fiunt illo mō quo sup̈ expeditū est in tractatu de angelis:⁊ fiūt a bonis ⁊ malis sicut dicit Augꝰ.¶ Ad id aūt qd̉ in cōtrariuʒ obijciꝶ.dicēdū ſm sup̈dicta ꝙ lʒ forme simplices sint in angelis:tñ q: angelus ⁊ intelligētia sunt ſbe agētes in hyle mūdi ⁊ in aīas humanas ut dicūt pħi forme ille que in eis sunt simplices recipiunꝶ ab aīa uel ab aīa libꝰ ut ꝑticulares ⁊ corꝑales:⁊ hec est sol'o Alphorabij.posset tñ etiaʒ dici ꝙ intelligētia infundit intellectū simplicem:⁊ huic intellectui simplici imago format imaginationes.Tertio modo pōt dici ut sup̈ determinatū est in qōne de scia angelorū.ꝙ.s.sunt forme cōpōnis ⁊ forme abstractionis.Et forme cōpōnis deseruiūt intelligētie actiue.Forme aūt abstractionis deseruiūt intelligentie ꝯtēplatiue.Cum aūt oīs actiuus agat circa ꝑticularia necesse est formas intellectꝰ actiui esse ꝑticulares lʒ sint simplices.Qual'r aūt forma simplex possit esse ꝑticularis infra determinabiꝶ in qōne de itellectu practico:⁊ tales forme sunt intelligētiarū quas imꝑmūt in aīas:⁊ ab aīa ip̄a ꝓpter nām imaginatiue efficiunꝶ corꝑales:per hoc etiaʒ patet sol'o ad sequēs.¶ Ad id qd̉ ulterius queriꝶ rñdet Alphorabiꝰ.ꝙ formis intelligētiarū q̃s ip̄e itelligētie imꝑmunt in aīas magis sil'es sunt ꝓprietates methaᶜᶜ q̃ʒ uere imaginationes reruʒ:⁊ ꝓpter hoc intelligētie intellectꝰ futuroꝝ imꝑmunt sub ꝓprietatibꝰ mechanicis ⁊ nō sub ueris imaginibꝰ reruʒ.sed tñ hec sol'o nō est sufficiēs sed dicēduʒ illius esse tres causas simul concurrentes:quaruʒ vna est ⁊ ꝑcipua:q: somnia nō sunt nisi simulacra accepta per sensum in ꝑte uel in toto:in causa uel in effectu futuruʒ:nec in ꝑte nec in toto nec in causa nec in effectu siue in sensu.futurū enim cōtingēs nō habet cām ordinatā nec ut frequenter nec ut semp:⁊ iō relinquiꝶ ꝙ nō possit esse in aīa per ꝓpriā imaginem uel per imaginationem sue cause:ergo erit in aīa per imaginationem sui similis.2ᵃ causa est q: intellectus a somnio ligaꝶ per accñs ut sup̈ determinatū est.sensus aūt per se ⁊ iō aīa abstracta a sensu ⁊ intellectu ꝯfortaꝶ in imaginatione ⁊ efficiꝶ potens:non tñ in imaginibꝰ sed etiam in proꝑetatibꝰ ipsarū.3ᵃ est quā tangit Alphorabiꝰ.⁊ ueritas illius patet per itellectuʒ diuinorū in sacra scriptura qui totus manifestaꝶ nobis in hmōi imaginibꝰ.⁊ de h̄ plura sunt notata supiꝰ in qōne de imagīalibꝰ angeloꝝ.

¶ Utrum somnia fiant a natura uel ab euentu.

Ultimo tangenda est septima qō.Utruʒ somnia fiant a natura uel ab euētu.Et videꝶ ꝙ a natura.Dicit enim Aꝛ:ꝙ quorūcūqʒ loquax est natura ⁊ multiplex ⁊ melancholica multimodas visiones vidēt:eo enim ꝙ circa plura ⁊ multipharia moueanꝶ nascunꝶ simulacra theoreumatica ⁊ fortunati exñtes in his.Ex hoc accipiꝶ ꝙ melācholicoꝝ est multum somniare:⁊ sic somnia fiunt a natura.¶ Iteʒ Aꝛ:multi aūt ꝓpter uehementiā queadmodū ⁊ minus intēdētes bene ꝯiectant:⁊ ꝓpter mutationē cito quidē vicinius est.Ex hoc hēaꝶ ꝙ multimoda somnialis visio est de natura melācholici.¶ Item Aꝛ:Eo ꝙ furiosi sunt sil'i ad herētia melius dicūt ⁊ intelligūt.Ex hoc patet ꝙ de natura furoris est ꝙ figura signata adherētia fantasmatibus sil'ibus melius intelligūt q̃ʒ alij.Si forte aliqs diceret ꝙ somnia eēnt a deo ⁊ nō a natura nec ab euentu ꝓbat Aꝛ:duabꝰ rōnibus ꝙ hoc nō est uerū : quaruʒ vnā in talibus uerbis ponit deuʒ quidē mittentem esse somnia fatuis ⁊ nō optimis ⁊ prudētissimis:sʒ quibuslibet mittere incōueniens causa eē videꝶ.hoc est ꝙ deus mittat somnia fatuis ⁊ melancholicis ⁊ sine discretione quibuslibet magis q̃ʒ optimis in virtute ⁊ prudētissimis in scia nō est rōnabile.Alia ratio Aꝛ:est sub his ꝟbis: oīno aūt qñ ⁊ alioꝝ aīalium somniāt quedā a deo non missa somnia sunt:nec facta sūt huiꝰ grā diuinitꝰ quedā natura enim scia est nō diuina:nō tñ falsum hoc signuʒ.Aut infirmi enim ꝓuidētes hoīes sunt ⁊ nocte somniātes recte tanq̃ʒ nō a deo mittēte somnia:sensus est quia si somnia essent a deo ex merito ꝑsonarū tunc bruta aīalia nō somniarēt.¶ Preterea diuia scia que accipitur per reuelationē nō reduciꝶ ad nām.scia ꝟo somnialis reduciꝶ ad nām.Naturalia enim sunt que frequēter contingunt:sed somniāt frequēter infirmi ⁊ male cōplexionati:quoꝝ loquax est natura.Similiter Gregoꝰ assignat diuisionem in causis somnioꝝ quarū nulla attribuiꝶ euentui.Dicit enim sic in libro dialogoꝝ sex modis tangunt aīam imagines somnioꝝ.aliqñ enim somnia uētris plenitudine ⁊ uanitate fiunt.aliqñ illusione.Unde multos errare fecerūt somnia ⁊ exciderūt sperātes in illos.Aliqñ cogitatione ⁊ illusione:vnde multas curas sequunꝶ somnia.Aliqñ sola cogitatione:qñqʒ aūt ex ministerio reuelationis oriunꝶ sicut Joseph in somnijs reuelatum est ut Mariā cum puero in egyptum trāsportaret.qñqʒ aūt cogitatione simul ⁊ reuelatiōe ꝓcedūt:sicut fuit somnium Nabuchodonosor ꝙ a radice cogitationis inchoauit.Unde ⁊ Dauid interꝑtans dixit tu rex cogitare cepisti in statu tuo qd esset futuruʒ.post hoc ⁊ qd reuelat ministeria oñdunt tibi que futura sunt.in his etiaʒ uerbis videꝶ esse cōtrarietas ad dictum Aꝛ.Aristoteles enim

pbat sõnia nõ eẽ a deo. ꝛ Greg⁹ q̃nq; eẽ a deo apte dic. ¶ Querit̃ etiã penes qd accipiat̃ diuisio causarũ somnij assignata a Gregorio. videt̃ enim diminuta propter hoc qḋ sup pbatũ est celũ ꝛ stellas q̃nq; mouẽ in somnijs: ꝛ q̃nq; elemẽta: ꝛ q̃nq; corp⁹ ipsi⁹ somniãtis: quoꝝ nullũ tangit̃ in diuisione Gregorij. ¶ Solõ dicẽdũ ꝙ somniũ nullũ accidit ab euẽtu: q: euẽtus nulla est sciẽtia neq; interpellatio ut dicit Alphorabius. Unde qḋlibet somniũ est reducibile ad aliquã cãm efficiẽtẽ: que causa efficiẽs uel est in somniãte: uel extra ipm: uł ptim in ipo: ꝛ ptim extra. Et si est in somniãte: talis est ex pte corpis uł ex pte aĩe. ꝛ si ex pte corpis tũc est ex uẽtris plenitudine uel inanitione. Si aũt ex parte aĩe solũ est in somniãte tunc est cognitio solũ. Si ũo est extra: uel est a bonis angelis uel malis. Si a malis tunc est ab illusione. Si a bonis tunc est a reuelatione. Si ũo ptim intra ꝛ ptim extra tunc uel erit a bonis angelis uel a malis. ꝛ si a bonis tunc est ex cogitatione ꝛ reuelatione. Si a malis tunc est ex cogitatione ꝛ illusione. ¶ Ad id autẽ qḋ obijcit̃ ꝯtra diuisionẽ ꝙ sit diminuta dicẽdũ ꝙ Grego⁹ nõ tangit nisi pxime mouẽtia in somnio. Celũ autẽ ꝛ stelle ꝛ elemẽta nõ sunt mouẽtia pxime. per uẽtris enim plenitudinẽ ꝛ inanitionẽ intelligit̃ oĩs dispõ corpis mouens in sõnio. ¶ Ad id qḋ pmo obijcit̃ p Auic: ꝛ Arist: dicẽdũ ꝙ Arist: tangit cãm frequẽtis somnij: ꝛ hoc patet esse a natura infirmitatis ꝛ melancholice cõplexionis ꝛ nõ a merito grẽ ꝛ uirtutis. Dicit enim ꝙ non semp hoc est falsũ ꝙ somnia nõ sunt a deo: ꝛ per hoc innuit q̃nq; somnia esse per reuelationem diuinam.

¶ Queritur quid sit opinio.

Postea querendum

est de anima rõnali circa quam querunt̃ duo. s. de viribus anime apprehensiuis ꝛ de ipsa ᵭm se. De viribus aũt apprehensiuis anime rõnalis querunt̃ tria. s. de opinione ꝛ intellectu ꝛ de rõne. De opiniõe aũt querunt̃ duo. s. qd sit ꝛ utrũ solius sit aĩe rõnalis pars uel etiã sensibilis.

Ad primum procedit̃ sic.

Diffinit̃ enĩ opinio ꝙ est acceptio eius qḋ cõtingit aliter se hr̃e. ꝛ ista diffinitio colligit̃ ex ũbis Arist: qui dicit tres esse dr̃ias acceptionis opinionẽ prudentiã ꝛ sciam. Et dicit etiam ꝙ opinio est uera ꝛ falsa ꝛ utrũq; hoꝝ cõtinet̃ in 2° de aĩa: ꝛ in fine circa pmi posterioꝝ distinguit inter scibile ꝛ sciam: ꝛ opinabile ꝛ opinionẽ dicens ꝙ scia est de necessario ꝛ qḋ nõ ꝯtingit aliter se habere. ¶ Itẽ in fine pmi posterioꝝ dicit Arist: ꝙ opinio est acceptio ppõnis imediate ꝛ nõ necessarie. ¶ Sed cõtra hoc obijcit̃. dicit enim Arist: in fine pmi posterioꝝ ꝙ scia ꝛ opinio sunt circa uerũ: ꝛ ita videt̃ ꝙ opinio nõ sit circa uerũ ꝛ falsum. ¶ Preterea videt̃ ᵭm diffinitionem 2am ꝙ circa idem sit scia ꝛ opinio: q: circa uerũ cũ tñ Arist: reprobat hoc in fine pmi posterioꝝ dicẽs manifestum ꝙ circa opinabilia scia nõ est: essent enim impossibilia aliter se hẽre possibilia aliter se hẽre. ¶ Preterea opinio ponit̃ vna potẽtiarũ aĩe rõnalis in 2° de aĩa. Cũ igit̃ nulla potẽtia sit acceptio siue dr̃ia acceptionis videtur opinio nõ esse acceptio. ¶ Preterea querit̃ in quo differunt ab intellectu. ꝛ si dicatur ꝙ intellectus est pncipiũ scie ut dicit Arist: in posteriorib⁹: ꝛ est indemõstrabilis scia: aut demõstrabilis opinio: aut est ppõnis non necessarie ꝛ eius que per illam pbabilr̃ ꝯcludunt. ſ; nihil est ad ppositũ. intellect⁹ enim habitus pncipioꝝ demonstrabiliũ est: ꝛ scia habitus ꝯclusionũ demonstratarum ᵭmo. opinio ũo habitus pbabiliũ siue fuerint premisse siue cõclusiones. Nos aũt querimus de ipa natura potẽtie aĩe. Item opinio aut accipit pticulare aut uľe. cõstat ꝙ nõ particulare. hoc est nõ videt̃ oĩbus aut pluribus uel sapiẽtibus: ꝛ his oĩbus uel pluribus uel maxime notis: ergo est de vniuersali. sed potentia accipiens uľe est intellectus: ergo opinio nõ differt ab intellectu. ¶ Preterea querit̃ cũ sit dubitatio ꝛ ambiguitas ut dicit Boecius que nõ ꝯtingunt nisi aĩe rõnali quare non ponunt̃ partes aĩe rõnalis sicut opinio. querit̃ etiã cum opinio innata rõnibus fiat fides ut dicit Arist: in quo differt fides ab opinione ꝛ scia. ¶ Solõ dicẽdũ ꝙ opinio ᵭm ſbam pprie est habitus ex pprietatibus ꝯsistens in potẽtia intellectiua: ꝛ ppter hoc etiam dicit Arist: eẽ dr̃iã acceptionis sicut sciam ꝛ prudentiã: q: habitus sunt sed uariant̃ ᵭm mãm. Est enim opinio habitus pbabiliũ: scia aũt habitus demõstrabiliũ: ꝛ prudẽtia practicoꝝ. Et cum pbabile aliter põt esse patet ꝙ opinio est acceptio eoꝝ que põt aliter esse. ¶ Ad pm ergo dicẽdum ꝙ opinio est circa uerũ sicut circa falsum. sed est circa uerũ ꝛ falsum per pprietatẽ sue mãe que est pbabilis. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ scia ꝛ opinio sunt circa idem in gñe: ſ; nõ circa idem in specie. Aliud enim est uerum in specie probabilis: ꝛ aliud in specie necessarij. uel dicat̃ ꝙ nihil prohibet idem in se ꝛ in cõparatiõe ad signa esse pbabile ꝛ opinabile. sed in cõparatiõe ad suas causas ſbales ꝛ imediatas esse demõstratiuũ ꝛ scitum. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ opinio ab itellectu nõ differt ſbto ꝛ positiõe: ſ; differt esse ꝛ rõne. ꝛ per pdicta etiã patet solõ ad duo sequẽtia. ¶ Ad id qḋ ulterius querit̃ de dubitatiõe ꝛ ambiguitate dicẽdũ ꝙ illa dicũt actus rõnis uel id qḋ ulterius relinquit̃ ex actu illo ꝛ nõ dicũt potẽtiã uel habitũ. Est enim dubitatio idetermínat⁹ mot⁹ rõnis sup utrãq; partem ꝯtradictiõis. Ambiguitas enim est motus rõnis ambiens utrãq; partẽ cõtradictiõis per equalia media. Opinio enim est acceptio vnius ptis cũ fortitudine alterius ita tñ ꝙ ad illã quã formidat nõ hẽt rõnẽ expressam. formidat tñ propter debilitatẽ rõnis alterius partis. Fides aũt est perfecta persuasio vnius partis per multa probabilia. sed scia est eorũ que cognoscuntur per causam: ꝛ qñ impossibile est aliter se habere.

¶ Utrum opinio sit pars solius anime rationalis.

Secundo queritur utrum

opinio sit ps soli⁹ aĩe rõnalis uel etiã sensibilis. videt̃ ꝙ sit solius aĩe rõnalis per rõnem positã ab Arist: in 2° de aĩa ubi pbat fantasiã nõ esse opinionẽ sic dicẽs. opinio sit uera uel falsa: sed opinioni quidem adheret fides: nõ enim ꝯtingit opinantẽ de qbus nõ videt̃ credẽ: bestiarũ aũt nullarũ est fides: fantasia aũt multis. Ex hꝭ accipit̃ ꝙ opinio inest solis hoĩbus: ergo inest ᵭm pncipiũ ppriũ ꝛ nõ cõe. sed ppriũ principiũ est aĩa rõnalis: ergo opinio inest ᵭm aĩam rõnalẽ tñ. ¶ Item opinio est de uľi pbabili: ꝛ nihil est de uľi probabili nisi hoc qḋ est aĩe rõnalis. g̃ opinio nõ est nisi aĩe rõnalis. ¶ Item Arist: in 2° de aĩa dicit ꝙ oẽm opinionẽ sequit̃ fides. fidẽ aũt suasum esse: suasionẽ aũt ratio: rõ aũt nõ ꝯsequit̃ aliquid aĩe sensibilis sed solius aĩe rõnalis. ¶ Sed cõtra dicit Arist: opinari est qḋ quidẽ sentit ᵭm accñs: ergo videt̃ ꝙ opinio sit eius qḋ sentit̃ pse. Sed illud qḋ sentit̃ perse est aĩe sensibilis: ergo opinio quidẽ est aĩe sensibilis. ¶ Itẽ Arist: vident̃ aũt ꝛ facta de qbus simul ꝛ ueram acceptionẽ hñt ꝛ videt̃ sol vnius pedis sed creditus est maioris habitatiõis. Ex hoc videt̃ ꝙ due sunt opiniones. vna que sequit̃ rõnem. s. que ponit solẽ esse maiorem terra. Et alia que sequit̃ sensum que ponit solẽ eẽ vnius pedis. Et ppter hoc dicit Arist: ꝙ q̃nq; contingit abijcere uerã opinionẽ eo ꝙ lateat rõ per sensũ. ¶ Solutio dicẽdũ ꝙ nulla est opinio aĩe sensibilis: ſ; oĩs opinio est aĩe rõnalis ut pbant pme rõnes. Opinio aũt rõnalis aĩe q̃nq; sequit̃ rõnẽ: ꝛ q̃nq; sensum: sicut ꝛ pbabile est qḋ videt̃ oĩbus uel plurib⁹: ꝛ tunc est ᵭm viam sensuũ. ꝛ est qḋ videt̃ sapiẽtib⁹ ꝛ maxime notis: ꝛ tunc

est ꝑm viã rõnis. ¶ Ad id aũt qđ cõtra obijcit dicẽdũ ꝙ opinio est de eodẽ de quo est sensus ꝛ sic nõ ẽ accñs: ꝛ maxime de quo est sensus cois qui hẽt cõponere ꝛ diuidere sensata ꝓpria nõ tñ ꝑm idem. sensus enim est ꝑm rõnem rei accipiẽdo sensibile: sed opinio est de eodem ꝑm rõnem ꝓbabilis. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ non sunt due opiniones sed duplex est respectus opinionis: ꝛ nihil prohibet aliquid ꝑm vnum respectum videri uerũ ꝛ ꝑm alium falsum.

¶ Utrum diuisio intellectus sit sufficiens.

Einde querendum

d est de intellectu. Et queruntur tria. s. de differẽtia intellectuum: ꝛ de dĩa intelligibilis: ꝛ de cõpatione intellectus ad sensibilem aĩam. De dĩa ꝟo itellectuũ hñtur quatuor. quorum primũ est de diuisione intellectus. 2m est de intellectu agente ulr. 3m est de intellectu possibili siue patiente ulr. 4m de intellectu speculatiuo.

D primum proceditur sic.

a Dicit Alexander phus in libro de intellectu ꝛ intelligibili ꝙ tres sunt intellectus. s. potẽtialis siue mãlis: ꝛ intellectus in habitu siue formalis. ꝛ 3o qui est ꝑter istos duos qui est itellectus agens. Ex hoc accipit ꝙ intellectꝰ nõ sunt nisi tres dĩe. cuius cõtrariũ videt dicẽ Alphorabiꝰ in suo libro de intellectu ꝛ itelligibili. Naꝫ ponit quatuor. Quoꝝ ꝑmus est intellectus qui semꝑ est in actu. 2o intellectꝰ qui est in potẽtia in aĩa. 3o itellectꝰ est cũ exijt in aĩa de potẽtia ad effectũ. 4o est itellectꝰ quẽ uocamꝰ denoĩantẽ. Secũdum aũt Alphom ꝛ Auic. q̃tuor sunt dĩe itellectus alie a ꝑdictis in pte. s. agens ꝛ possibilis: ꝛ itellectus in habitu: ꝛ itellectꝰ adeptus. ꝑm Alex: videntur esse due spẽs itellectus: sicut enim in omni natura que de potẽtia exit ad actum est accipe agens ꝛ possibile. Sic etiã in aĩa oportet accipe agẽtem itellectũ ꝛ possibilem. Auerr. ꝟo videt ponẽ tres spẽs intellectꝰ. s. agẽtem ꝛ possibilẽ ꝛ speculatiuũ. Obijcit aũt de his diuisionibꝰ. Ois enim diuisio sub aliqua diffinitiõe debet dari. Si igit iste diuisiones sunt diuisiones intellectꝰ: erit alia diffinitio itellectus que ꝯueniat oibus diuidẽtibus. prima ꝓbat per hoc ꝙ diuisum de diuidentibus ꝑdicat noie ꝛ rõne. 2a ꝟo ꝓbat per oẽs auctoritates supͦ positas. Querat ergo que sit illa diffinitio data ab Auica in 6o de nãlibus ubi dicit ꝙ virtus ꝯtẽplatiua intellectus est virtus que solet informari a forma uli nuda a materia. ¶ Cõtra agens in eo ꝙ agens nihil recipit. omne informari est recipe: ergo agens nõ informat. ꝑma ꝓbat per hoc ꝙ omne recipe est pati: ꝛ agens in eo ꝙ agens non patit. 2a probat per rõnem eius qđ est informari. Informari enim nihil aliud est q̃ꝫ formã recipe. Et ex hoc ulterius ꝯcludit ꝙ itellectui agẽti nõ cõuenit diffinitio: q2 ex quo nihil recipit tunc querit informari forma nuda a mã. ¶ Preterea videt diffinitio nihil ualere. diffinitio enim deberet dari per ſbalia: ꝛ illa non exꝑmunt in diffinitiõe ista. Item nõ videt ꝯuenire nisi possibili itellectui: ille enim solus solet informari forma nuda a mã. ¶ Querit etiã de ptibus diuidẽtibus: agens enim aut cõiunctũ est cuꝫ intrinseco possibili: aut cuꝫ extrinseco ꝛ sepat ab ipo. Si ꝑmo mõ tunc erit forma potẽtialis cuiꝰ probatio est: ꝙ qñ efficiẽs est itrinsecũ tunc ꝑm Alex: coincidit in idem cum forma ꝛ fine: ꝛ ꝑm hoc cum itellectꝰ agens itrinsecus est cuꝫ possibili tunc coincidit cum formali: ꝛ ita formalis agens nõ facit numerũ. Si aũt est extrinsecus ꝛ sepatus tunc sequeret ꝙ nõ eẽt pars aie itellectiue. qđ supponimus esse falsum hec etiã infra ꝓbabimus. ¶ Preterea itellectꝰ in habitu ꝛ adeptus videntur esse idem. Nihil enim adipiscimur itelligẽdo. Intellectus in habitu erit intellectus adeptus. ¶ Item in diuisione Alkindij ꝛ Alphora. idem videt esse intellectus demõstratiuus ꝛ intellectus in habitu. Dicit enim Alex: ꝙ cum sciens ex habitu ꝯsiderat nõ est alteratꝰ: ergo nõ altero ꝛ altero intellectu utitur: sed sicut differũt sciens ꝛ cõsiderãs: sic differũt intellectus in habitu ꝛ intellectus demõstratiuus ꝑm Alkindiũ. ergo intellectꝰ in habitu ꝛ intellectus demõstratiuus non sunt diuersi intellectus. ¶ Item mã vna numero est ut dicit Alex: sub priuatione ꝛ habitu. sed intellectꝰ possibilis in se ꝛ sub forma itelligibili exñs est sicut mã exñs sub ꝑuatiõe ꝛ habitu: ergo videt ꝙ nõ hẽat numerũ in illis duabus. Cum igit itellectus speculatiuus nihil aliud sit q̃ꝫ possibilis exñs sub forma intelligibili: videt ꝙ possibilis ꝛ speculatiuus nõ faciũt numerũ. ¶ Item videntur nõ esse nisi tres spẽs intellectus. In omni enim qđ exijt de potẽtia ad actuꝫ nõ sunt nisi tria. s. trãsmutãs ꝛ trãsmutatuꝫ ꝛ illud in qđ est trãsmutatio. Cuꝫ ergo aĩa intellectiua in suis intelligibilibus distinguat penes ea que sunt in trãsmutatiõe nõ erũt nisi tres intellectꝰ in ipa. s. agens qui trãsmutãs est ꝛ possibilis qui est trãsmutatus: ꝛ speculatiuus in quem est trãsmutatio. ¶ Preterea videntur oẽs assigñre diuisiones esse diminute. Inuenit enim intellectꝰ simplex ꝛ intellectus cõpositus que sunt partes potẽtie speculatiue aie itellectualis ꝛ tñ nõ tãgunt in ꝑhabitis diuisionibꝰ. ¶ Preterea Auerr. in cõmẽto libri de aĩa tãgit intellectum qui est ut fides ꝛ intellectũ qui est ut formatio: ꝛ illi nõ sunt tacti in aliqua supioꝝ diuisionũ. ¶ Preterea ꝑm Alex: ꝛ Auic: potẽtie exñtes in actũ quatuor sunt gradus. quoꝝ ꝑmus est potẽtia quã dicit Alexãder idealeꝫ siue mãlem ꝛ nos uocamus eaꝫ potentiã indispositã. 2o aũt est potẽtie disposite que appropinquat ad formaꝫ. 3o est potẽtie sub forma. 4o est potẽtie in ope ꝑm formã acceptã. Exẽplũ ꝑmi est potẽtia militãdi in ifirmitate. Exẽplum secũdi est potẽtia militandi in puero cognoscente equuꝫ ꝛ sellã ꝛ cetera instra militaria. Exẽpluꝫ tertij est potẽtia militãdi in milite. Exẽpluꝫ quarti est potẽtia militãdi in militãte. Cum ergo ꝑm gradus istos distiguat potẽtia itellectiua ut dicunt phi videt ꝙ ꝑter agentẽ sunt quatuor itellectus ꝛ sic oẽs diuisiones supiores sunt diminute. ¶ Preterea querit quomõ diuisiones intellectus diuidunt per hmoi dĩas. videt enim ꝙ nõ sit diuisio gñis in spẽs ex eo ꝙ agens ꝛ possibile nõ hñt idẽ genus ꝓximuꝫ: nec eandẽ rõnem gñis. nec videt esse totius in ptes eo ꝙ totuꝫ ꝑdicat de oibus ptibus qđ in diuisione totius in ptes nõ cõtingit. nec videt esse equoca diuisio in sigtiones eo ꝙ nõ est hic coĩcatio in solo noie sed etiã in re. Silr nõ est aliqua diuisio accñtis. nec eniꝫ diuidit hoc accñs in ſbto: nec ſbm in accñtia ꝛ ita videt supͦdicta diuisio phoꝝ sine arte. ¶ Solo ad hoc ultimũ rñdẽdũ ꝑmo est ꝛ dicẽduꝫ ꝙ supͦdicte diuisiones analogi qđ mediũ est inter vniuocũ ꝛ equocũ. sunt enim ille partes ordinate ad vnuꝫ. s. ad intellectũ speculatiuum ꝛ agens ordinat ad ipm ut efficiẽs: possibilis ꝟo ut recipiens. ille ꝟo quẽ Auica uocat in habitu ordinat ad ipm ut ꝑparãs. Ille ꝟo quem Alkindius uocat demõstrantem sequit ipm sicut actus ꝯsequit habituꝫ. ¶ Ad ꝑam ergo diuisionẽ que est Alexãdri dicẽduꝫ ꝙ datur penes ea que sunt in trãsmutatiõe. s. trãsmutãs trãsmutatũ ꝛ in qđ est trãsmutatio: trãsmutãs enim est agens: trãsmutatuꝫ passibile ꝛ in qđ est trãsmutatio est ille qui est in habitu. ꝛ Alexãder apprehẽdit illuꝫ quem Auica uocat in habitu: ꝛ illuꝫ quem appellat adeptuꝫ sub itellectu in habitu. ¶ Ad 2am diuisionem que est Alkindij dicẽdum ꝙ accipit penes ea que exiguntur ad ꝑfectionem potẽtie egrediẽtis in actum que sunt mouẽs ꝛ mobile ꝛ forma acq̃sita per motum: ꝛ opa ꝑm formã illã. vnũqđq3 enim tunc est ꝑfectuꝫ cum ꝓpriã põt cõplere opationẽ ut dicit Dam. ꝛ penes mouẽs est intellectus agens: penes mobile ꝟo possibilis: penes formã acq̃sitaꝫ per motum est

intellectus qui fit in effectu: penes opationes aūt est intellect⁹ demōstrās: ⁊ sic iterū patet q̄ sub illo qui fit in effectu cōphēdit Alkindius eū quē vocat Auic^a in hītu adeptū. Diuisio aūt Auic^e ⁊ Algazel' accipit penes pficiētia possibilē intellectū. illa enim sunt pficiētia per modū agētis uel per modū forme. Si per modū agētis hoc erit aut per modū pficiētis simplr: aut per modū instrī. Si pmo mō tūc est agēs intellect⁹. Si scdo mō tūc est intellectus in hītu. intellect⁹ enim in habitu bm Auic^am ⁊ Alga^em nihil aliud est q̄z habitus pncipioꝝ: qbus ut dicit Auerr. tanq̄z instrīs agēs possibilē educit in actū. Si vo pficiēs est per modū forme tūc erit intellectus adept⁹: idest quem adipiscunt per doctrinā ⁊ inuētionē qui etiam alio noie dicit acqsitus: ⁊ alio noie accōmodatus: eo q̄ mutuamus ipm a re extra. Id aūt qd̄ pficit ab his pficientib⁹ est intellectus possibilis. diuisio aūt Alg. accipit penes ea que sunt ptes aie eētiales. s. agēs ⁊ id qd̄ est i potētia: ⁊ in illa diuisione nō cadit itellect⁹ in habitu uel adeptus uel demōstrās eo q̄ illi sunt a silitudinib⁹ rerū que accidūt aie ⁊ nō sunt ptes eētiales ipsius potētie: ⁊ actus in omni eo in quo sunt: sunt ptes eētiales ipsius. Diuisio aūt Auerr. accipit penes pfectionē intellect⁹. illa enim est in his trib⁹. s. in intellectu quo est oia fieri q̄ est possibilis: ⁊ intellectu quo est oia facere qui est agēs: ⁊ illo qui cōstruit ex illis: ⁊ ille est speculatiuus sub quo cōphēdunt intellect⁹ in habitu ⁊ adept⁹ ⁊ demonstratus ut patet per supdicta. ¶ Ad id aūt qd̄ cōtra obijcit dicendū q̄ illa obiectio pcedit de diuisione que fit gn̄is per spēs uel dr̄ias ⁊ talis nō est ista diuisio ut dictum est. ¶ Ad diffinitionē Auic^e dicēdū q̄ ipsa data est de intellectu possibili: ⁊ de hoc patet solo ad pmuz. ¶ Ad aliud dicēdū q̄ subale est potētie mālī recipe formā. ipsa eniz ex seipā est in rōne sbti ⁊ recipiētis. ¶ Ad illud qd̄ obijcit de ptibus diuidētib⁹ dicēdū q̄ bm vnā opinionē quā infra pbabimus q̄ intellect⁹ agēs est pars formalis aie itellectiue si ipse est forma subalis: ⁊ pter hoc nō icidet in idē cū intellectu in habitu uel adepto uel formali: q: illa sunt a forma denudata a mā ⁊ abstracta a reb⁹ que accidētalis est aie. ¶ Ad aliud dicēdū q̄ intellect⁹ in habitu est hītus pncipioꝝ: que discipulus nō accipit a magistro. pncipia enim cognoscim⁹ in quātū terminos scimus ut dicit Alg. scito enim qd est ps ⁊ qd est totū dicitur q̄ totū est maius sua pte. ⁊ scito qd affirmatio uel negatio scit q̄ de quolibet est affirmatio uel negatio uera ⁊ de nullo simul: ⁊ ideo nō incidit in idē cū itellectu adepto q: ille est hītus eoꝝ que accipimus a magro per doctrinā uel per inuētionē. ¶ Ad aliud dicendū q̄ intellectus demōstrās differt ab itellectu in hītu sicut actus primus differt ab actu scdo: ⁊ sicut scia ⁊ ꝯsiderare. ¶ Ad aliud dicēdū q̄ lz vna sit mā sub puatione ⁊ hītu numero ⁊ sbto tn̄ per eē ⁊ rōnē nō est vna. ⁊ sicut intellect⁹ possibilis ⁊ speculatiuus sunt in eodē sbto ⁊ numero sed differūt per eē ⁊ rōnē. ¶ Ad aliud dicendū q̄ in vitate penes hec sunt tres itellect⁹: sed sub tertio cōphendunt tres. s. intellect⁹ in hītu ⁊ adeptus ⁊ demōstrans. ¶ Ad aliud dicēduz q̄ hec diuersitas intellect⁹ qui est simplex ⁊ compositus accipit penes diuersitatem itelligibilis ⁊ non intellectus. Est enim intellectus triplex qui est itelligibilis incomplexi. ⁊ intellectus compositus qui est intellectus cōplexi. ¶ Ad aliud dicendū q̄ Auerr. uocat itellectū qui accipit formā itelligibilis icōplexi cui inheret fides ⁊ psuasio. ⁊ sic patet q̄liter illa diuisio iterū accipit penes diuersitatē itelligibilis ⁊ nō intellect⁹. ¶ Ad aliud dicēdū q̄ penes illos gradus accipiunt intellect⁹ possibilis in habitu ⁊ adeptus ⁊ demōstrans que tria reducunt ad duo uel ad tria ut patet per supradicta.

¶ Queritur an sit intellectus agens.

b Ecundo queritur de itellectū agēte. ⁊ querunt de ipo sex. Quarū pm̄ est an sit itellect⁹ agēs aliqs in aia. 2^m est utrū sit in gn̄e hīt⁹ sicut qdā vident dicē. 3^m est utrū sit sepata itelligētia sicut dicūt qdā alij. 4^m utrū sit idē cū possibili bm eētiā. 5^m qd sit bz subaz ⁊ diffinitionē. 6^m q̄liter itelligat ⁊ de mō actōis ei⁹.

a D primum sic procedit

de motiuis his que añcedūt istas ſʒ non possint cognosci nisi per ꝑhabitas eo ꝙ non ponunt a phis nisi raro sed a sanctis tractant ⁊ sunt sex. s. sensualitas ⁊ rō cū portione supiori ⁊ inferiori: ⁊ liberū arbitriū ⁊ sinderesis ⁊ ꝯscia ⁊ imago dei que est in aia. ℭ Querat ergo ꝑmo de sensualitate: ⁊ qr iā determinatū est sup̄ qd sit. ⁊ utrū sit vna potētia uel plures. ⁊ quomō sit sbm peccati: nō restat hic determinādū nisi de actib⁹ eius. ℭ Ad qđ sic obijcit. ad motū in bonū ut nūc exigit sensus boni ⁊ post sensum estimatio de hn̄do: ⁊ post estimationē ꝯsensus qđe: ⁊ post hoc desideriū: post hec aūt ad delectabile est ꝯcupiscētia ⁊ ꝯtra nociuū ira. ℭ Querit ergo utrum oēs isti act⁹ sint sensualitatis. ⁊ videt ꝙ nō. si eniʒ sensualitas est appetit⁹ qui fert in qnque corpis sensus ut dicit Aug⁹: tūc nō vident eē actus eius nisi actus appetit⁹ ⁊ illi nō sunt nisi ꝯcupiscere ⁊ irasci: ergo videt ꝙ sensualitas nō hēat actus alios. ℭ Itē in tāta successione actuū exigit mora: cū nos videamus quosdā subito ꝯcupiscere apphēsuʒ uel irasci. ℭ Preterea cū ꝯsensus nō videt eē sensualitatis. sensualitas enim ꝫm impetū fert. cōsensus aūt videt sibi ꝑponere ꝯsiliū ⁊ electionē que nō conueniūt aīe sensibili. ℭ Solō sup̄ docuim⁹ ꝙ sensualitas ꝫm nr̄am sniaʒ nō dicit vim: ⁊ in qbusdā pctis etiā ꝑus. mot⁹ aūt nō est in sensualitate: ac sensualitas dicet corruptionē que ex cōiūctione ad carnē est: etiaʒ in virib⁹ aīe rōnalis: ⁊ ꝑpter hoc pñt eē sensualitatis plures actus: sicut enumerati sunt. sed sensus boni est ꝫm actuʒ sensus cōis uel per accñs. estimatio aūt de hn̄do est ipsius estimatiue uel fantasie. Si estimatio sub fantasia cōtineatur ꝯsensus ꝟo in bonū ut nūc est appetit⁹ eo mō quo sup͛a dixim⁹ ꝯsensum in uolūtate. desideriū aūt incopletū dicit appetitū. cōcupiscētia aūt uel ira cōpletū ⁊ faciētē impetū sup͛a rē desideratā. ℭ Dicēdū ergo ad ꝑm ꝙ cū dicit Aug⁹ ꝙ supfluitas est sensualitatuʒ appetitus ⁊c. diffinit sensualitatē ab ultimo motu eius. ℭ Ad aliud dicēdū ꝙ actus illi nō ꝑcedūt semp se inuicē tpe eo ꝙ ꝯcupiscētia qñqꝫ statim est post sensum ⁊ tūc alij act⁹ cōi sensu habitualr̄ supponunt. sensus eniʒ pse nō moueret nisi in ipso supponerent estimatio de bono hn̄do ⁊ ꝯsensus in ipm desideriū. ℭ Ad aliud dicēdū ꝙ assensus ille nihil aliud est qꝫ ꝯcors appetit⁹ apphēsiui ꝑcedētis ⁊ propter hoc nō ꝑponit ꝯsiliū ⁊ electionē eo ꝙ nulli innitit psuasioni sed impetu concordat ad apprehensum.

ℭ Queritur de ratione hui⁹ potētiarum cum proportione inferiori ⁊ supiori.

s Ecundo queritur

De rōne cū ꝑportione sua inferiori ⁊ supiori. ⁊ qr sup̄ notatū est qd sit rō practica ⁊ speculatiua. ⁊ qd portio īferior. ⁊ qd portio supior. ⁊ quō differūt a se inuicē ⁊ a sensualitate. ⁊ quō gradus tētationū sunt in ipsis: non restat hic determinare nisi de actib⁹ rōnis quos ponit Dama⁹ in li° 2° 22° cap°. ubi dicit ꝙ ꝑmū est inqsitio ⁊ pscrutatio de bono apphēso: ⁊ post hoc ꝯsiliū siue ꝯsiliatio. Deide iudicat qd meli⁹. deinde disponit ⁊ amat qđ ex ꝯsilio iudicatū est ⁊ uocat snia. deinde post dispōnem fit electio. Electio aūt est duob⁹ ꝑlacētib⁹ hoc pre altero optare. deinde impetū facit ad opationē ⁊ dicit impet⁹. deinde utitur ⁊ dicit usus: ⁊ deide cessat ab ipetu uel appetitu post usum. ℭ Sed obijcit apphēsio enim boni est añ scrutimē ipsius aut inqsitionē: ⁊ illos act⁹ nō ponit Dama⁹: ergo est diminut⁹. ℭ Preterea dic ꝙ ꝯsiliū est appetit⁹ inquisitiuus de his que in nobis sunt reb⁹: tñ finis appetitus sit sine cognitione: ⁊ sic sine inqsitione. ℭ Itē ꝯsiliuʒ est de ignorato: appetit⁹ aūt nō nisi de certo ⁊ apphēso. ℭ Preterea iudiciū nō videt differre a ꝯsilio: ꝯsilium eniʒ oē iudicās est quō melius ꝑueniat ad finē. ℭ Preterea dispō ⁊ amor nō vident eē vnius act⁹. dispō enim est in ordine: amor aūt nō ꝯsiderat ordinē. ℭ Preterea hec dispō siue amor nō videt ꝑp͛ie dici snia. dicit enim Ysaac in li° de diffinitionibus ꝙ snia est credulitas alicuius rei. credulitas aūt nō est amor uel dispositio. Similiter electio potius videt cōuenire libero arbitrio uel eligentie qꝫ rōni. Preterea dicit ꝙ impetus sequitur post electionē ⁊ videt falsū qr uolūtas pfecta ē añ ipetū ⁊ post electionē. ℭ Itē iper⁹ nō est act⁹ rōnis ſʒ poti⁹ viriū illaruʒ que diffuse sunt in neruis ⁊ musculis. ℭ Preterea

querit̄ qd ipse appellet usum. si enim sic accipit̄ ut dicit Augꝰ ꝙ aliqd in facultatē uolūtatis assumit̄ ⁊ ad aliud refert̄ qđ opinādū est tūc falsum est qđ dicit Damaꝰ ꝙ cessat ab appetitu post usum adhuc enim nō cessat ab appetitu nisi obtineat illud qđ itēdit per usū. ¶ Preterea aliq istoꝝ actuū nō videntur eē rōnis sed uolūtatis sicut amare. ¶ Solō dicēdū ꝙ Damaꝰ ponit oēs actꝰ rōnis q sūt ad cōsecutionē ultimi uoliti siue sint rōnis in se siue sint aliarū potētiaꝝ per impiū rōnis. pm igit̄ est apphēsio boni simplr siue finis: ⁊ ꝯtinue seqtur uolūtas in illud ante oēm actū rōnis. vn̄ hos duos actꝰ supponit Dam̄. vnū intellectꝰ practici ⁊ alterū uolūtatis que tm̄ finis est ⁊ non eiꝰ qđ est ad finē. rō aūt est eoꝝ que sunt ad finē. pmꝰ aūt actꝰ est pscrutari siue pquirere per que deueniat̄ ad finē ⁊ cū multa ingrat erit scđus eius actꝰ examinare querēdo ꝯsiliū qđ eoꝝ melius sit ad ꝯsecutionē finis. post ꝯsilium ꝟo suasum de vno dat iudiciū de ipso tanq̄ illđ melius: ⁊ hoc cū alijs multis sit ei ꝓpositū ꝓoptat illud p ꝯsiliū ⁊ ꝓelegit: post electionē aūt est impiū rōnis ad agendū illud q: mediāte illo obtinet̄ res: ⁊ hoc uocat̄ impetꝰ ad opus: q: id ꝟo qđ obtētū est desideratū non habet̄ sine gaudio: ⁊ hoc est fructꝰ rei desiderate ſm ꝙ fructꝰ est cū gaudio uti ut dicit Augꝰ. ⁊ q: appetitꝰ ꝑuenit ad finē intētū cessat ab appetēdo. ¶ Dicēdū ergo ad pm ꝙ apphēsio supponit̄ ut actꝰ intellectꝰ practici. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ ꝯsiliū est appetitꝰ a spe appetibilis. oīs enim potētia in qua est spēs desiderabilis appetitiua est uel simpliciter uel ſm qd. vn̄ potētia cognitiua practica appetitiua est ſm qd. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ ꝯsiliū qddā supponit ut certū. s. finē ⁊ qddā querit ut ignorās. s. modū ꝑueniēdi ad finē. Itē appetitꝰ ꝯsilij certificat̄ ex fine. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ duplex est iudiciū. s. discretionis: ⁊ hoc ē ingrēs ꝯsiliū. ⁊ est iudiciū qđ est ꝓmulgatio sn̄ie: ⁊ hoc est post ꝯsiliū: ⁊ de hoc intelligit Damaꝰ ita ꝙ nō decretū illius iudicij adhuc sic est obuiare ꝓpter debilitatē ꝑsuasionis. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ amor dicit̄ ibi inclinatio appetitꝰ in melius cōsultā: ⁊ nō ponit̄ ibi pro passiōe uolūtatis. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ est electio ex libertate que nō est aliud q̄ libertas faciendi qđ vult: ⁊ hec acceptio ꝯuenit libero arbitrio. est etiā acceptio electio vniꝰ pro altero ꝓpter rōnis ꝑsuasionē ⁊ hoc est actus rōnis. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ uolūtas nō est in ordinatis ad finē sed ipsius finis. Damaꝰ enī non enumerat nisi illos actꝰ qui sunt in his que sunt ad finē. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ imperꝰ est rōnis per impiū lz sit motiue que est in neruis ⁊ musculis per extēsionē. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ uti est frui cū gaudio ꝓut frui sumit̄ gn̄alr pro q̄libet refectione que est ex ꝯsecutiōe desiderati ⁊ post huiusmodi refectionē cessat ab impetu. ¶ Ad aliud dicēdū videlicet ad ultimū ꝙ oēs actus enumerati sunt rōnis perse uel per imperium ut dictum est.

¶ Utrum liberum arbitriū tm̄ insit rationabilibus.

Ertio queritur

t De libero arbitrio. Et querunt̄ sex. quoꝝ pmum est Utrū liberū arbitriū tm̄ insit rōnabilibus uel etiā brutis. 2m qd sit per diffinitionē ⁊ subam. 3m de actibꝰ eius. 4m de libertate eius. 5m de statibus eius. 6m de cōparatione eius ad liberum arbitrium angeli ⁊ dei.

D primum ꝓcedit̄ sic.

a Oē qđ hēt ptātē iudicādi ꝯtraria ⁊ inclinādi se ad qđcūq; uoluerit hēt liberū arbitriū. aīa sensibilis in multis aīalibꝰ brutis est huiusmodi: ergo hēt liberū arbitriū. pa ꝓbat̄ per diffinitionē Boecij de libo arº. qui dicit ꝙ liberū arbitriū est ptās faciēdi qđ vult. 2a ꝟo ꝓbat̄ ex supdictis ubi hitū est ꝙ iudiciū fantasie est iter ꝯtraria: ⁊ silr appetitꝰ: ⁊ nō obligat̄ ad aliqđ illorū ex necessitate. ¶ Itē in quocūq; ex seipso est ꝟtus appetēdi bonū uel malū absq; coactione ad alterū in ipso est libtas. appetitꝰ in mltis brutis est huiusmodi: g in multis brutis est liber appetitꝰ. pm ꝓbat̄ i pº metha ubi dī ꝙ liberū est qđ suiipsiꝰ causa est. 2m ꝓbat̄ per an̄dicta. Inde sic cuicūq; inest liber appetitꝰ illi inest libtas appetēdi qđ vult. q: ſm sctōs nihil aliud est q̄ lim arm. brutis iest liber appetitꝰ: g ei iest libtas appetēdi qđ vult qđ idē est cū liº arº. Si forte dicat̄ ꝙ hn̄t qdē liberū appetitū s; nō hn̄t liberū arbitriū eo ꝙ nō arbitrant̄ de appetibili. ¶ Cōtra nō ē appetitꝰ sine iudicio appetibilis. bruta liberū hn̄t appetitū: g iudiciū hn̄t de appetibili. s; iudicare est arbitrari: ergo hn̄t arm: ⁊ sic hn̄t ambo ea que exigunt̄ ad liberū arbitrium. Si dicat̄ ꝙ arm est rōnis ⁊ uolūtas silr in qbꝰ pncipalr ꝯsistit liberū arbitriū eo ꝙ Augꝰ dicat ꝙ lim arm est facultas rōnis ⁊ uolūtatis. ¶ Cōtra ſm hoc nihil differt in hoie ⁊ brutis nisi q: in brutis iudiciū est de sensibilibꝰ ⁊ fantasie ⁊ appetitꝰ est desideriū sensibilis: in hoie autē est rōnis ⁊ uolūtatis: g in sēsibilibꝰ bruta hn̄t libtatē iudicādi ⁊ appetēdi. s; quecūq; hn̄t libtatē talē pn̄t abstinē a delectabilibꝰ ⁊ nō abstinē. bruta hn̄t talē libtatē: g bruta pn̄t abstinē ⁊ nō abstinē: oīs enim abstinētia a delectabilibꝰ est a rōne ut dicit Aug: g bruta hn̄t rōnē qđ falsū est. ¶ Itē quecūq; moueri pn̄t ſm abstinēs ⁊ iabstinēs sūt susceptiua ꝟtutis ⁊ vitij: bruta sic pn̄t moueri: g sūt susceptiua ꝟtutis ⁊ vitij. ¶ Itē quecūq; agunt̄ magis ipetu nāe q̄ agūt nō hn̄t liberū arbitriū. s; bruta magis agunt̄ ipetu nāe q̄ agāt ut dicit Damaꝰ: g non hn̄t liberū arbitriū. ¶ Solō dicēdū ꝙ bruta nō hn̄t liberū arbitriū nec libi arbitrij iudiciū: nec liberū appetitū. lim enim arm dī a libtate arbitrādi de bono simplr ⁊ malo simplr: magis arbitrādo in ipsis ſm rōnē honesti uel ihonesti q̄ ſm rōnē delectātis uel nō delectātis. Silr iudiciū libi arbitrij est de honesto uel ihonesto. qđ ꝓbat̄ ex hoc ꝙ ab oibꝰ liberū arbitriū ponit̄ pncipiū in moribꝰ: libtas etiā appetitꝰ ꝯsistit in hoc ꝙ hēt facultatē iclinādi se in iudicatum uel declinādi ab ipso: ⁊ hec nō sūt in brutis. Iudiciū enī brutoꝝ nō est nisi in delectabili ⁊ nō eleuat̄ ad iudicium honesti: ⁊ ꝓpter hoc ipm nō est absolute liberū. Ex obligatiōe enī nāe in qua est sic in organo cogit̄ ad sistēdū in pticulari ⁊ in sensibili bono. Silr appetitꝰ ex organo i quo est obligat̄ in bonū ut nūc uel malū ut nūc ⁊ ꝓpter hoc nō est oino liber. ¶ Ad pm dicēdū ꝙ hoc argum ꝓcedit bn̄ de hn̄te ptātē absolutā ⁊ oino liberā. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ virtꝰ appetēdi bonū uel malū in brutis nō est oino liba ⁊ sine coactione imo ex sensibili bono mota ꝓpter obliuionē quā hn̄t ad nām ferunt̄ ſm impetū ⁊ nō expectāt iudiciū honesti uel inhonesti.

¶ Quid sit liberum arbitrium.

Ecundo queritur

s Quid sit liberū arbitriū ſm subam ⁊ diffinitionē. Et qa multe sunt diffinitiones disputabimꝰ de singulis. pº de diffinitione bti Aug que ponit̄ in 2º sn̄iarū distinctiōe xxiiij. que hec est. liberū arbitriū est facultas rōnis ⁊ uolūtatis qua bonū eligit̄ gr̄a assistēte ⁊ malū ea deserēte. ¶ Querat̄ ergo qd supponit facultas: si enim supponit facilē ptātē ut qdā dicūt ⁊ ptās nō est sepata ab eo cuius est ptās erit ⁊ hec ptās in rōne ⁊ uolūtate: cū igit̄ liberū arbitriū sit illa ptās liberū arbitriū nō erit illa potētia aie ꝑse sepata a rōne ⁊ uolūtate. ¶ Preterea potētia nō accipit facilitatē nisi ex habitu. cū igit̄ liberū arbitriū supponit facultatē in recto: ipm erit habitus per quē facilis fit ad actū rō in iudicādo ⁊ uolūtas in uolēdo. habitꝰ aūt facilē faciēs rōnē ad actū est sciētia agēdoꝝ. g liberū arbitriū in rōne nihil aliud est q̄ sciētia agēdoꝝ qđ apte falsū est. ¶ Si forte dicat̄ ꝙ est habitꝰ innatꝰ. Cōtra habitus inatus nō pficit potētiā nisi ad actū sicut visus oculū. Si ergo liberū arbitriū est habitus rōnis non perficiet

rōnem nisi ad iudicādū3. nihil aūt pficit rōnem ad actu3
talē nisi scia: ergo li. ar. in rōne quedā scia erit naturalis.
¶ Preterea nullus habit⁹ idē numero exñs pfectiuus
est duarū potētiarū. Si ergo li. ar. sit hmōi: facultas habi
tualis nō erit nisi vni⁹ potētie ide3 numero exñs. si ergo
est facultas rōnis nō erit facultas uolūtatis uel opoꝛtet
ꝙ sit aliud numero. ¶ Item facultas qñq3 est nomē re
rum que possident ad nutū ⁊ iō qdā dicūt ꝙ in tali me/
thaphora ponit h eo ꝙ li. ar. ad nutū hēt rōnē ⁊ uolūta/
tē. ¶ S3 ꝯtra: fz hoc facultas ponit in diffinitiōe li. ar.
effectiue: ⁊ erit sensus li. ar. est facultas rōnis ⁊ uolunta
tis: hoc est facilē faciēs rōnem ⁊ uolūtatem. Cum aūt sit
in aīa erit potētia uel passio uel habit⁹. si potētia ꝯtra nul
la potētia pficit pse aliā ad facultatē act⁹ li. ar. est potētia.
ergo nō pficit rōne3 ⁊ uolūtatē ad act⁹ facilitatē. pᵃ pbat
per deductionē ad incōueniēs. Si eni vna potētia pfice
ret aliā ad actū: cu3 aīe semp insit sua potētia semp essent
pfecte. Si vero dicat ꝙ sit habit⁹ tunc erit habit⁹ innatus ⁊
infusus uel acqsit⁹. si innat⁹ tunc nō debēt esse liberi⁹ in
patria q3 in via: nec in via q3 in iferno. Ea eni que nālia
sunt nequaq3 mutant in iferno. sicut dicit Dio⁹ sed sunt
integra ⁊ splēdidissima. ¶ Preterea fm hoc idē nume/
ro accñs esset in duob⁹ sbtis. ergo si li. ar. est habit⁹ nālis
facilē faciēs rōnem ⁊ uolūtatē: erit in utroq3 ide3 nume/
ro exñs. Si dicat ꝙ est ifusus habit⁹ uel acqsit⁹ sequit ꝙ
li. ar. sepabile sit ab aīa rōnali. oīs eni habit⁹ ifusus ⁊ acq
situs est accñs sepabile. Si pꝑter hoc ꝯcedat ꝙ facultas
in pdicta diffinitiōe nō supponit hītum. ¶ Cōtra qcqd
capit intēsionē ⁊ remissionē fm essentiā sui illud est acci
dēs: facultas ⁊ hmōi li. ar. capit intēsionē ⁊ remissione3:
ergo est accñs. pᵃ pbat ex hoc ꝙ essentialia sunt diffini
entia que nō isunt fm magis ⁊ minus. 2ᵃ pbat ex dicto
multoꝝ sanctoꝝ ⁊ pcipue magis Ber. ⁊ Ansel. q dicūt
ꝙ liberi⁹ est in angelis q3 in hoīb⁹ exñtib⁹ in via: ⁊ libe/
rius in iustis q3 in peccatorib⁹: ⁊ liberi⁹ in pctōrib⁹ q3 in
condēnatis. ¶ Item qcqd determinat per magis ⁊ mi
nus illud inest accñtalr. Facultas arbitrij sic determinat
per magis ⁊ minus: ergo inest accñtalr. pᵃ pbat per hoc
ꝙ sbalia nō insunt fm magis ⁊ minus. 2ᵃ pbat per hoc
ꝙ dicūt sancti ꝙ maioꝛ est libertas a peccato q3 a coactio
ne; ⁊ maioꝛ est libertas a miseria q3 a peccato. ¶ Item
quicqd fm se est acceptū de ꝯñtibus nām li. ar. est fm se
acceptū in hoīe ⁊ angelo: ergo erit de ꝯñtib⁹ nām. pᵃ pa
tet per hoc ꝙ acceptū ꝯñs est fm sui nām. 2ᵃ scribitur ab
Ansel. de li. ar. qui dicit ꝙ li. ar. in deo est a seipo. In ho
mine aūt ⁊ angelo acceptū est ab alio. ¶ Inde sic: oē cō
sequēs nām alicui⁹ est accñs. li. ar. est ꝯñs nā3 hoīs ⁊ an
geli: ergo est accñs. Cū ergo nō possit poni in aliquo ge
nere accñtis q3 in habitu li. ar. erit habit⁹. Si hoc ꝯcedat
obijcit per uerba Boecij in libꝛo de li. ar. ⁊ gr̄a. ubi dic
ꝙ libertas a necessitate. i. a coactiōe eque ⁊ indifferēter
deo vniuerse que tam bone q3 male rōnali ꝯuenit crea/
ture nec peccato nec miseria amittit uel minuit: nec ma
ioꝛ in iusto est q3 in pctōre; nec plenioꝛ in hoīe q3 in an/
gelo. Ex hoc accipit ꝙ li. ar. nō est fm magis ⁊ minus.
oīs aūt habit⁹ siue sit nālis siue acqsitus siue ifusus inest
fm magis ⁊ minus. ergo li. ar. nō est habit⁹. 2ᵃ pbat per
inductionē. vnus eni magis idiget visu q3 alius cū tñ vi
sus sit habit⁹ nālis ⁊ sic de alijs. ¶ Deide querit de hoc
qd sequit in diffinitiōe ꝙ dicit esse uoluntatis ⁊ rōnis.
hoc enim nō pōt intelligi nisi vno triū modoꝝ. s. ꝙ sit rō
nis ⁊ uolūtatis ut vni⁹ potētie 3ᵉ cōparate ab illis duab⁹
sicut dixerūt qdā. uel ꝙ sit rōnis ⁊ uolūtatis ut duarū di
uersarū potētiarū. uel ꝙ sit vnius pncipalr ⁊ alteri⁹ scdā
rio. ⁊ per illā ⁊ hoc aut rōnis aut uolūtatis. Si p⁹ mō tūc
vna potētia per cōpōne3 est ex rōne ⁊ uolūtate: ⁊ illa est
li. ar. Sed ꝯtra ꝓprietas cōpōnem nō hēt cu3 ꝓprietate
ad ꝯstituēdu3 aliqd tertiū: sed rō ⁊ uolūtas sunt ꝓprieta
tes aīe ut dicit Aug⁹ in libꝛo de trinitate ⁊ magister pri/
mo sniarū distin. 4ᵃ. g uoluntas ⁊ rō nō ꝯueniūt ad cō/
stitutionē alicui⁹ tertij. pᵃ pbat ex hoc ꝙ oē ꝓpꝛiū inest
spēi ⁊ sube ut cū qua hēt cōpōnem. ¶ Itē quecūq3 duo
cōponūt aliqd 3ᵐ vnū eoꝝ est per modū act⁹ ⁊ alterum
per modū potētie qd absurdū est. ¶ Preterea in nullo
nunq3 inuētū est sile in potētijs spūalis nāe. s. ꝙ due po
tētie cōponūt aliquā 3ᵃᵐ. ergo videt ꝙ nec i isto posset
esse. ¶ Ite3 videmus expsse ꝙ in electiōe li. ar. rō sepe
cōtradicit uolūtati. Ea aūt ex qbus fit vnū nō ꝯtradicūt
sibi in actu illi⁹: ergo ex rōne ⁊ uolūtate nō fit vnū qd sit
li. ar. ¶ Item fm hoc rō ⁊ uoluntas eēnt ptes li. ar. aut
ergo essentiales aut integrales aut subiectiue. Si p⁹ mō
tunc erit sicut act⁹ ⁊ potētia: sed potētia nō ponit in diffi/
nitiōe alicui⁹: ergo altera ipsarū quecūq3 est ut potentia
nō debet poni in diffinitione li. ar. Si vero itegrales tūc
nullo mō debent poni: tales enim ptes nullo mō habēt
actum nisi actum toti⁹. Unde si diffiniant diffiniri hñt per
sua tota. Si 3⁰ mō tūc erūt ꝯñtia liberū arbitriū sicut ife/
ri⁹ ꝯsequit supi⁹: ⁊ sic iterū nō debēt poni in diffinitiōe
eius. ¶ Item si cōpō est ibi illa nō est phica ex mā ⁊ foꝛ
ma: neq3 logica. s. ex gñe ⁊ dr̄ia. Cu3 ergo nō sit aliud ge
nus cōpōnis faciēs re3 nō videbit ibi esse cōpō. ¶ Itē
hec cōpō ꝓpter aliqd est ⁊ nō nisi ꝓpter actū: cum actus
sint pmi potētijs fm rōnem. Querat ergo qs sit ille act⁹
cōposit⁹: rōnis enim ⁊ uolūtatis nō inuenimus nisi act⁹
simplices. s. iudicare ⁊ uelle. ¶ Ite3 in mouēdo ad actū
rō pꝛeit uolūtatē fm nām. quorūcūq3 aūt vnū est pꝛius
⁊ alterū posteri⁹ in actu illoꝝ nulla est vnio ad actū vnū
⁊ simul: ergo rō ⁊ uoluntas nō vniunt ad actum vnum.
¶ Item habitu3 est sup ꝙ in sensibili aīa sunt duo mo/
uentia. s. fantasia ⁊ desideriū qd hēt ptes ꝯcupiscibiles ⁊
irascibiles: ⁊ hec nō vniunt ad cōstitutionē vni⁹ actus ⁊
vni⁹ potētie: ergo a sili duo mouentia rōnalis aīe. s. rō ⁊
uolūtas nō debēt vniri ad actū uel potētiā ꝯstituenda3.
¶ Si ꝓpter hoc dicat ꝙ li. ar. nō est cōpositū nisi ex rō
ne ⁊ uolūtate sed est ipa rō ⁊ ipa uolūtas. ¶ Cōtra vnū
⁊ idem ⁊ vna rōne sumptū nō est duo diuersa que non
sunt vni⁹ rōnis li. ar. in hoīe ⁊ in angelo est vnū ⁊ idem
in vna rōne sumptū: ergo nō est duo diuersa que nō sūt
vni⁹ rōnis. rō aūt ⁊ uoluntas in hoīe ⁊ angelo sunt duo
diuersa nō exñtia vni⁹ rōnis: ergo li. ar. nō est rō ⁊ uolū/
tas. ¶ Item li. ar. sepe eligit ꝯtra rōnem. ergo si li. arb.
est rō: ipm sepe eligit ꝯtra seipm qd est absurdū. Si vero
dicat ꝙ li. ar. sit vna illarū potētiarū pncipalr ⁊ alia scdā
rio. Tūc querat que sit illa: ⁊ videt ꝙ rō. Arbitrari eni3
rōnis est in hoīe li. ar. Arbitriū ponit ut suba ⁊ liberum
ut adiectiuū ergo subalr liberi ar. erit arbitrari: ⁊ cu3 ar/
bitrari sit rōnis li. ar. pncipalr erit rō. ¶ Item hoc acci/
pit ex uerbo beati Bernardi in libꝛo de li. ar. ⁊ gr̄a ubi
dicit ꝙ li. ar. est liberū de uolūtate iudiciū. Iudiciu3 aūt
qd cadit in recto in diffinitione ista rōnis est: g li. ar. est
rō. Sed ꝯtra h est ꝙ libertas arbitrij ut dicit btūs Ber/
nardus pncipalr est circa uoluntatē: ergo li. ar. pncipalr
est uoluntas. ¶ Ite3 habet per hoc qd dicit Aug⁹ ꝙ in
uolūtate est peccatū: peccatū aūt pficit penes li. ar. ergo
li. ar. est uolūtas. ¶ Item Ansel. li. ar. est ptās seruandi
rectitudinē uolūtatis ꝓpter se. hic eni nō facit mētionem
de rōne: ergo videt ꝙ li. ar. nō sit rō sed uolūtas. ¶ Itē
obijcit sic per rōnem. oē peccatū est malus usus li. ar. oīs
mala uolūtas est pctm̄: ergo oīs mala uolūtas est malus
usus li. ar. ergo uoluntas est li. ar. ¶ Item Aug⁹ dicit ꝙ
uolūtas in nobis semp libera est. sed semp bona non est
ergo libertas ꝓpꝛie est uolūtatis. ⁊ sic iterū sequit ꝙ uo
luntas sit liberi arbitrij. ¶ Itē illud videt esse liberi ar.
penes qd videt esse auctoritas eorū que in nobis sunt.
sed hoc est uolūtas q: penes uoluntatē est auctoritas fa/
ciēdi qd vult: ergo li. ar. est uolūtas. ¶ Item dicit Ber
nardus ꝙ libertas nāe est libertas a coactiōe: sed hec li/
bertas est penes uoluntatē ⁊ non penes rōnem. Qd sic

probaṫ:uero exīte in aīa cogiṫ rō ꝯsentire ei: sed adhuc manet libertas penes uoluntatē uolēdi uel nō uolendi. ergo in aliquo casu cogiṫ rō ubi nō cogiṫ uolūtas:ergo libertas a coactiōe pncipalr̄ est penes uoluntatē. Cū igitur liberū arbitriū denomieṫ ab illa libertate liberi arbitrij pncipalr̄ erit uolūtas. ¶ Item in opib⁹ que fiūt a libero arbitrio rō nō opaṫ nisi per modū ꝯsilij. uoluntas aūt ideficiēs:ergo pncipalio: in opib⁹ liberi arbitrij erit uolūtas q̄z rō. ergo liberū arbitriū pncipalr̄ est uolūtas. ⁊ hoc multi cōcesserūt. ¶ Sed ꝯtra dicit Bern⁹ ꝙ lib. arb. est ꝯsensus rationis ⁊ uolūtatis:ergo videtur ꝙ lib. arb. equaliter sit ratio ⁊ uolūtas. hoc etiam videṫ ex suo nomine. libertas enim uolūtatis ꝓprie est ⁊ rationis arbitriū. ¶ Item videṫ ꝙ liberū arbitriū nō tm̄ sit rōnis ⁊ uolūtatis sed etiā aliarū plurium potētiarū. Dicit eniz Dama. 2° libro 22° cap⁹ ꝙ in oīb⁹ rōnabilib⁹ entibus duciṫ magis nālis appetitus q̄z ducit lib. arbitrio omniū ⁊ cuz rōne moueṫ q: ꝯiugate sunt in eodē cognitiue ⁊ aīales ṽtutes li. arbitrio igitur appetit ⁊ lib. arbitrio vult: ⁊ lib. arbitrio inquirit ⁊ perscrutatur: ⁊ li. arbitrio iudicat: ⁊ lib. arbitrio disponit: ⁊ lib. arbitrio eligit: ⁊ lib. arbitrio impetum facit: ⁊ lib. arbitrio agit. Ex hoc accipitur ꝙ li. arb. sit appetitus ⁊ uolūtatis ⁊ rationis ⁊ motiue potentie. ¶ Deinde obijcitur cōtra illā partem diffinitionis qua bonū eligiṫ gratia assistente. Dicit enim Damascenus ꝙ electio est duobus pꝛacētibus optare hoc p:e altero: ergo electio videṫ eē actus eligentie: ⁊ sic videṫ liberum arbitriū esse idem cum eligētia. Hoc etiā videṫ per hoc ꝙ Ar̄s: in 4° ethicoꝝ eligentiā ponit inter efficiētes causas ṽtutis ꝯsuescibilis. causa aūt efficiēs istarū ṽtutum videṫ esse lib. arb. Si hoc concedatur contra. Dicit Ar̄s: ꝙ uoluntariū maius est q̄z eligētia. i. in plus q: pueri agūt uolūtarie sed nō ₰m ꝓheresim siue eligētiā ⁊ repētina ⁊ uolūtaria sunt sed nō ₰m eligentiā facta. Cum igiṫ oē qō est in libero arbitrio sit uolūtariū ⁊ nihil plus videbitur lib. arb. non esse eligentiam siue ꝓheresim: ⁊ ita videṫ ꝙ male diffiniaṫ liberū arbitriū per actū eligētie qui est eligē ut dicit Ar̄s. ¶ Deinde queriṫ de alijs diffinitionib⁹ que lꝫ nō sunt adeo in usu ut ista tn̄ ponūtur a sanctis. Et p̄mo accipiaṫ illa que est in itinerario Clemētis in 2ª disputatiōe ꝯtra ₰monē magnū datum a Petro aplo sic. liberi arbitrij ptās est sensus aīe habens virtutē qua se possit ad quos uelit act⁹ inclinare. Et contra hāc obijciṫ sic: sensus enim aīe sunt interiores uel exteriores ut dicit Algazel. ⁊ exteriores sunt qnque ⁊ interiores qnque. s. sensus cōis imaginatio fantasia estimatio ⁊ memoria. Cuz igiṫ liberū arbitriū nullus istoꝝ sensuꝫ sit nō videbiṫ esse sensus aīe. ¶ Preterea nihil videṫ eē dictu qō dic̄ Petr⁹. ꝙ lib. arb. ptās est sensus habēs virtutē. hēre enim virtutē est hēre ptātem ⁊ hoc ibit in īfinitū si diffinitio bona est. ¶ Preterea nō videṫ eē incōueniēs qō dicit ad quos uelit act⁹. uelle eniꝫ actus uolūtatis est ⁊ sic per ip̄m nō debet diffiniri liberū arbitriū. Aliam diffinitionē dat Bern⁹ in libro de libero arbitrio ⁊ gratia sic: lib. arb. est consensus ob uoluntatis inamissibilē libertatē ⁊ rationis que secū semp ⁊ ubiq; portat inclinabile iudicium: ip̄e liber sui ꝓpter uoluntateꝫ ⁊ ip̄e iudex sui ꝓpter rōnem. ¶ Contra hoc obijciṫ sic: sup ꝓbatū est ꝙ ꝯsensus est rōnis ⁊ uolūtatis. Coiter aūt diciṫ ꝙ liberi arbitrij potentia distincta sit a rōne ⁊ uolūtate: ergo male diffiniṫ liberū arbitriuꝫ per consensum. ¶ Item ꝯtra iudiciū rōnis sepe agiṫ per liberum arbitriū. ergo videṫ ꝙ in ꝯsensu liberi arbitrij rō nō semper ⁊ ubiq; portat inclinabile iudicium. ¶ Preterea nihil videṫ esse dictu qō dicit huic ꝯsensum esse iudiceꝫ sui: q: iudiciū est an̄ ꝯsensuꝫ: ⁊ ita ꝯsensus nō erit iudex sui sed ali⁹ iudex an̄ iudicabit ip̄m. ¶ Item Ansel. in p̄mo de libero arbitrio diffinit sic libertas arbitrij est ptās cōseruādi rectitudinē uolūtatis ꝓpter ipam rectitudineꝫ. Et cōtra hoc obijciṫ sic lib. arb. est potentia rōnalis anime. omnis aūt potētia rōnalis est ad opposita ut ꝓbaṫ in x° metha^ce. ergo lib. arb. est ad opposita. ergo nō debet diffiniri ad vnum oppositorū tm̄: q: est rectitudo uoluntatis. ¶ Iteꝫ habeṫ per diffinitionē Petri qui dicit ꝙ hēt virtutē ad quos uelit act⁹ se iclinare. ⁊ etiā per diffinitionem Aug̃ qui dicit ꝙ lib. arbitrium eligit bonuꝫ gr̄a assistēte ⁊ malū ea deserēte. ¶ Item liberū arbitrium est potētia ordinata ad actū: potētia aūt seruādi ₰m ꝙ hmōi non est potentia agendi: ergo videtur ꝙ lib. arb. potius deberet diffiniri per agē q̄z per ₰uare. ¶ Itē rectitudo uolūtatis nō pōt ꝯseruari nisi habita. rectitudinē aūt uoluntatis nō hn̄t mali: ergo mali nō hn̄t ptātem liberi arbitrij. ¶ Item sicut liberū arbitriū est liberuꝫ ad actum quē vult: ita est liberuꝫ ad finē quē vult: ⁊ ita nihil videṫ esse dictu qō dicit ptās seruādi rectitudinē ꝓpter ipaꝫ rectitudinē. ¶ Ultimo queriṫ etiā penes qd sumanṫ huiusmodi diffinitiōes. ¶ Solo dicēduꝫ ꝙ liberi arbitrij potētia est sp̄ualis ₰m ordinē nāe ⁊ hoc patet per actum ipsi⁹ liberi arbitrij qui est eligē qui hēt aliqd rōnis ⁊ aliquid uolūtatis. eligē eni duob⁹ ꝓpositis alterū ꝓoptare est. duo ṽo ꝓponē rōnis est. alterū ṽo ꝓoptare uoluntatis est. Et ut hoc meli⁹ intelligaṫ ¶ Notādū ꝙ quatuor succedūt sibi in ope rōnalis aīe. quoꝝ p̄mū est act⁹ rōnis qui ꝯsiderādo ꝓponit aīe appetibilia ⁊ discernit qd appetibile sit. 2^m est uolūtatis ꝯsentiēs in vnū appetibiliuꝫ. 3^m est id qō eligit amatū a uolūtate: ⁊ hoc uocamus liberum arbitrium. ⁊ 4^m est pfecta uoluntas que mouet ad cōsecutionē appetibilis decreti per rōnē ⁊ optati per uoluntatē ⁊ electi per liberū arbitrium. q: ṽo arbitrari de appetibilib⁹ rōnis est: libertas aūt uolēdi uel nō uolēdi uoluntatis est lib. arb. sequitur utrunq;: idcirco nomen suū cōponiṫ ex utroq;. ¶ Sciēdū tn̄ ꝙ aliud est arbitrari ⁊ aliud iudicare. Iudex eni in iudicio ordinē iuris tenet: ⁊ hoc ꝯuenit ꝓprie rōni que iudex est appetibiliuꝫ: ⁊ iō rō ₰m ꝙ est iudex semp dissentit malo. qn̄ aūt compromittiṫ in arbitros tūc cōpromittētes cedūt a iure suo ⁊ arbitrorū est moderari ꝓ utraq; pte: pn̄t tn̄ deflecti ad grauamē ptis vni⁹ ⁊ alteri⁹: ⁊ hoc ꝓprie ꝯuenit libero arbitrio cui⁹ est moderari iter decretū rōnis ⁊ appetitū uoluntatis: ⁊ per electionē pōt declinare in vnū uel in alterum. ⁊ propter hoc dicitur esse lib. arb. q: in arbitrando nō hēt limites sibi pfixos quātū debeat moderari pro rōne ⁊ quātū pro uolūtate. Sed sicut dicit Petrus ptātem hēt ad quos uoluerit act⁹ se inclinare: īfra tn̄ declarabiṫ quid sit ei⁹ libertas ⁊ utrū habeat eā a seipo uel ab alio. ¶ In diffinitione aūt Aug̃. cum dicitur lib. arb. est facultas rōnis ⁊ uolūtatis: facultas aūt poniṫ pro perfecta ptāte arbitri uolētis eligē qōcūq; uoluerit. s. decretum a rōne uel desideratū a uolūtate. Et dr̄ rōnis ⁊ uoluntatis eo ꝙ semp est arbitriū ei⁹ inter decretū rōnis ⁊ ꝯcupiscētiā uolūtatis ⁊ nō ita ꝙ sit uoluntas uel rō uel utrūq; sed ₰m suū esse ⁊ rōnē lꝫ idem sit suba ⁊ ₰bm. Nō eni assentimus qbusdā dicētib⁹ eandē potētiā esse rōnē ⁊ uolūtatē ⁊ lib. arb. sed differre per actus. Esse enim lib. arb. a pfectione potestatis arbitrarie que est ex eo ꝙ non ligat arbiter quin possit arbitrari ₰m utrāq; partē equaliter uel pro altera in grauamē relique. Esse ṽo rōnis a pfectione ptātis iudiciarie que est ex eo ꝙ teneṫ ordo iuris ⁊ iusticia cause ₰m rei ueritatē. Esse ṽo uolūtatis est a pfectiōe appetit⁹ inclinātis se in appetibile: ₰ba tn̄ ⁊ ₰bto idē sunt: ⁊ uoco subaꝫ nām aīe rōnalis motiue ad opabilia: ₰bm aūt uoco illud qō ₰stat oībus potētijs aīe ⁊ nālib⁹ potētijs suis ⁊ ꝓprietatib⁹. ¶ Ad p̄^m ergo dicēdū ꝙ facultas facilē ⁊ pfectā ptātem supponit que nō est ita rōnis ⁊ uolūtatis tanq̄z in ipsis existat sed tanq̄z inter que ut patet ex p̄dictis: est enim facultas hec pfecta ptās arbitrarie eligēdi decretū a rōne uel ꝯcupitū a uoluntate. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ facultas nō supponit habitum lꝫ

hoc qdā dixerūt decepti a mō significādi qui est in noie
scilȝ q: illud nomē videf noīare formā a mā abstractam
cōponibilē cuȝ potētia sicut habitꝰ cōponif, sed supponit
potentiā cōpletā ad actū ex sibi innatis que innata qdaȝ
uocāt habitꝰ. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ ille habitꝰ nō est rō/
nis ut patet ex ꝑdictis etiā si sit innatus: ⁊ ꝓpter hoc non
sequif ꝙ sit scia: sed est ꝑfectio ꝑtātis arbitrarie ut iaȝ di/
ctuȝ est. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ facultas nō est aliqd exi
stēs in duobꝰ idem numero ens eo ꝙ nō dr facultas rō
nis ⁊ uolūtatis tanq̄ȝ sit in illis sȝ tanq̄ȝ iter que. ¶ Ad
aliud dicēduȝ ꝙ facultas hic pōt bn̄ sumi per silitudineȝ
a rebꝰ exterioribꝰ que dicunf facultates eo ꝙ possidean
tur ad nutū. sed nō sic dr eo ꝙ illā facultatē ponat in rō/
ne ⁊ uolūtate eo ꝙ faciat eos faciles: sed q: hēt eam in se
ipa ut diximus: ⁊ iō cessant quatuor obōnes sequentes.
¶ Ad id qd obijcif ꝙ facultas dicat intēsionē habitꝰ eo
ꝙ capit intēsionē ⁊ remissionē dicēdū ꝙ facultas suppo/
nit potētiā ꝑfectā ut dictū est. Sed tn̄ potētia duobꝰ mo/
dis pōt ꝯsiderari. s. in se ⁊ in comparatione ad exteriora
quibꝰ adiuuaf ad optimū uel impedif ab ipo. Si pꝰ mō
tunc nō capit intēsionē uel remissionē. Un̄ Bernꝰ in li/
bro de libero arbitrio ⁊ grā dicit ꝙ libtas a coactiōe nec
peccato nec miseria amittif nec minuitur: nec maior est
in iusto q̄ȝ in pctōre: nec in angelo plenior q̄ȝ in homie.
Si vero 2º mō ꝯsideraf tūc accipit intēsionē ⁊ remissioneȝ
ſm ꝙ grā uel felicitate iuuaf ad optimū ul' ꝯtrarijs hoꝝ
scilȝ peccato ⁊ miseria ipedif ab ipo: ⁊ hec eadē cōsidera
tio est in oi potētia aie. ¶ In cōparatiōe eniȝ ad habitꝰ
⁊ ad finē vnus est rōnabilior alio: si tn̄ rō in se cōsideref
sunt oēs eque rōnales. ⁊ per hoc patet solo ad sequens.
¶ Ad aliud dicēdum ꝙ lib. arb. nō sic dicitur hic acce
ptuȝ ꝙ ꝑus fuerit nā aie rōnalis ⁊ postea accepit ipm: sȝ
q: datū est ei cuȝ nā sicut oēs alie potentie nāles. ¶ Ad
hoc aūt qd obijcif ꝙ oē ꝯn̄s nām est accn̄s. dicēdum ꝙ
hoc uerū est de ꝯn̄tibus tpe: sed nō de ꝯn̄tibus nā ⁊ rō/
ne. Aial enim ul'r ut dicit phus in ꝑmo de aia. aut nihil
est aut posteriꝰ est ⁊ tn̄ nō est accn̄s. ¶ Ad hoc qd obij/
citur cōtra hoc ꝙ lib. arb. dicitur esse facultas uolūtatis
⁊ rōnis dicēdū ꝙ nullo triū modoꝝ intelligif sed mō ꝑ/
habito. ⁊ iō rōnes illas que sunt ꝯtra opinionē dicenteȝ
vnam potentiam cōpactam esse ex ratione ⁊ uoluntate
que sit lib. arb. ꝯcedimus de plano. Sil'r rōnes illas que
sunt ꝯtra opinionem dicentem ꝙ lib. arb. est ratio ⁊ uo/
luntas cōcedimus eo ꝙ nos dicimus tres potētias esse
vnā in suba ⁊ sbto ut sup̄ diximus. ¶ Ad illas aūt que
videntur ꝓbare ꝙ lib. arb. sit rō. dicēdum ꝙ arbitrium
qd ponif in noie liberi arbitrij nō est idem iudiciū nec
est actꝰ rōnis qd sic ꝓbaf. loquif aliqs ad aliū ꝓponēdo
sibi id qd est rōnis ⁊ id qd est uolūtatis dicēs castitatem
esse de numero honestoꝝ ⁊ virtutū ⁊ meritoꝝ. formatio/
nem aūt delectabilē ꝯcupiscētie uoluntatis sed tuo arbi/
trio est relictū qd eligas. ¶ In ista eni locutiōe ꝓponif
rōnis iudiciū in vno ⁊ ꝯcupiscētia uolūtatis in alio ⁊ se/
quif arbitriū electionis utrūqȝ. Iudex aūt post sniaȝ nō
arbitraf. vn̄ cuȝ arbitriū hic sequaf sniam rōnis arbitriū
illud non erit rationis sed alterius potentie est lib. arb.
¶ Ad aliud dicendum ꝙ cum dicit Bernꝰ ꝙ lib. arb.
est liberū de uolūtate iudiciū ponif pro arbitrio ⁊ nō ſȝ
ordinē iuris pro electiōe iusticie. ¶ Ad id qd obijcif ꝙ
lib. arb. sit uoluntas dicendum ꝙ lȝ libertas in uolunta/
te sit plus q̄ȝ in ratione tn̄ nō sequitur ex hoc ꝙ lib. arb.
sit uolūtas: eo enim ꝙ lib. arb. sit consequens rationem
⁊ uolūtatē hēt aliqd de utroqȝ. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ
perficif peccatū diuersimode in diuersis potētijs. In rō
ne enim ꝑficif tanq̄ȝ in ꝯsentiēte. In uolūtate aūt tanq̄ȝ
in ꝑfecte uolēte ⁊ appetente. In lib. autem arb. tanq̄ȝ in
eligente: ⁊ ꝓpter hoc sancti diuersimode loquuntur de
ꝑfectione peccati. qdā enim dicūt ꝙ oē peccatū est in rō
ne. ⁊ qdā ꝙ omne pctm̄ est in uolūtate, ⁊ qdaȝ ꝙ omne
pctm̄ est in lib. arb. ⁊ sil'r de ope meritorio. ¶ Ad aliud
dicendum ꝙ Ansel. diffinit lib. arb. ⁊ libtatem eius in
cōparatiōe ad finē ad quē datū est: ⁊ non ſm id qd est: ⁊
hoc meliꝰ patebit infra in explanatiōe diffinitiōis eius.
¶ Ad aliud dicēdū ꝙ peccatū est malus usus lib. arb.
⁊ pctm̄ est mala uoluntas diuersimode ut ꝑdictum est.
¶ Ad aliud dicēdū ꝙ uolūtas in nobis semp est libera
imo incidit ibi sophisma ſm locū ꝯn̄tis. ¶ Ad aliud di
cēduȝ ꝙ penes uoluntatē est auctoritas ut penes impe/
rās. penes rōnem aūt ut penes discernēs ⁊ penes iudi/
cans: lib. arb. uero ut penes eligēs. ¶ Ad aliud dicen/
dum ꝙ libtas est in tribꝰ viribꝰ aie ſm plus ⁊ minus. po
tētie enim organice ꝓpter affixionē ad mām obligatio/
nem hn̄t ad imitationē corpis ⁊ nō sunt oino libere qua
obligatiōe nō astringif rō cuȝ non sit potētia organica.
Cogitur vero ab ipo exteriori ꝯsentire uero ⁊ dissentire
falso: ⁊ hoc ꝯtingit ibi cuȝ a ꝓprietate illa qua iudex est.
Iudicis enim est ingrēdo ⁊ discernēdo sequi ordinē iu/
ris ⁊ rei ueritatē. uolūtas aūt hēt utrāqȝ libtatē. nō enim
cogif ad uolēdū id qd rōcinatum est: q: sepe ꝯtrarie mo
uet rationem sed lib. arb. libertatem hēt arbitrādi quid
eligaf utrū. s. rōcinatū uel uolitū. ¶ Ad aliud dicēdum
ꝙ uoluntas ꝑncipalior est in opibus q̄ȝ ratio tn̄ non ex
hoc sequitur ꝙ sit lib. arb. ut patet ex ꝑdictis. ¶ Ad il/
lud qd obijcitur ꝙ lib. arb. sit ratio ⁊ uolūtas. dicēdum
ꝙ nō est uerū ⁊ hoc est qd dicit Bernꝰ ꝙ est ꝯsensus rō
nis ⁊ uolūtatis sic est intelligēdū ꝙ eligēdo qn̄qȝ cōsen/
tit uolito ⁊ qn̄qȝ rōcinato. ¶ Ad aliud patet solo per an̄
dicta. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ sicut sup̄ diximus de uolū/
tate ꝙ vno mō cōparaf ad uolitū extra: ⁊ alio mō ad vi/
res aie interiꝰ mouēdo eas ad actū: ita dico de lib. arb.
vno enim modo cōparaf ad eligibilem extra: ⁊ alio mō
cōparaf ad vires intra. nr̄i eniȝ arbitrij est intelligē uel
nō ⁊ ingrere ⁊ disponē ⁊ amare ⁊ uelle ⁊ eligē ul' nulluȝ
hoꝝ facē: ⁊ in illa cōparatiōe loquif auctoritas Damas.
¶ Ad illud qd obijcif ꝯtra illā partē que dicit qua bo/
num eligif ⁊c. dicēdum ꝙ eligētia nō est liberi ar. eligē
tia eniȝ ponit deliberationē ſm iudiciū rectū sicut patet
ex his que attribuunf eligētie in 3º ethicoꝝ. liberū enim
arbitriū nō de necessitate sequif iudiciū rectum. electio
aūt nō est vniformis hincinde: electio enim eligētie est
directe iudicare per rōnem ⁊ cum deliberatiōe. electio
aūt li. ar. est inclinatio ad quos uoluerit actꝰ ut dicit Pe/
trus siue ꝯcupitos per uoluntatem siue discretos per rō
nem. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ eligentia causa est virtutis
cōsuescibilis sed li. ar. coiter se hēt ad opa virtutis ⁊ vitij.
¶ Ad id qd querif de diffinitiōe Petri dicēdū ꝙ sen/
sus dr duobꝰ modis ꝓprie. s. ⁊ per silitudinē. ꝓprie auteȝ
diuidif in iteriores ⁊ exteriores ut dicit Alga. per silitu
dinem aūt dictꝰ dr etiā de potētia aie rōnalis: sicut enim
sensus mouef ad pn̄s ita motiue aie rōnalis ad pn̄s de/
lectabile uel nociuū mouēt ſm ꝯcupiscentiā uel fugam.
¶ Ad aliud dicēdū ꝙ cū dr li. ar. ꝑtās ⁊c. pm ꝑtās sup/
ponit potentiā ex nā impfecta. cum aūt addif hn̄s virtu
tem ⁊c. per virtutē supponif cōplemētuȝ illius potentie
per habitū nālem ⁊ sic patet ꝙ non ibitur in infinitum.
¶ Ad aliud dicēdū ꝙ cuȝ dr ad quos uelit actꝰ ⁊c. sup/
ponif uelle qd est eligens ex eo enim ꝙ li. ar. sequif rō
nem ⁊ uoluntatē hēt aliqd rōnis ⁊ aliqd uolūtatis ut sup̄
determinatū est. ¶ Ad illud qd obijcif de 3ª diffinitiōe
que est Ber. dicēdū ꝙ ꝯsensus diuersimode est rōnis ⁊
uoluntatis ⁊ liberi ar. ⁊ quomō sit rōnis ⁊ uolūtatis de/
terminatū est. li. ar. vero est sicut eligētes hoc qd est decre
tum est a rōne uel cōcupitum a uoluntate uel utrunqȝ.
¶ Ad aliud dicēduȝ ꝙ iudiciū qd secū portat li. ar. non
est ꝓprie iudiciū de re: q: hoc est rōnis sed est iudicium
arbitrātis utrū. s. sequēda sit rō uel uolūtas uel utrūqȝ: ⁊
hoc iudiciū semp portat secū li. ar. ¶ Ad aliud dicēduȝ
ꝙ ꝯsensus dr esse iudex sui eo ꝙ nō hēt iudicē supioreȝ

cogētē sȝ ꝓprio decreto deflectit ad rōnē uł uolūtatē uel
utrūqȝ. ¶ Ad aliud dicēdū qđ obijcit ꝯtra diffinitionē
Ansel. ꝙ li.ar. ſm eſſe eſt ad oppoſita: ſed in cōparatiōe
ad finē eſt ad ſeruāduȝ rectitudinē uoluntatis. ꝛ per hoc
patet ſol'o ad tria ſequētia. ¶ Ad aliud dicēduȝ ꝙ ptās
liberi arbitrij eſt in nr̄a ptāte: ſed accipe iuſticiā non eſt
in nr̄a ptāte. ¶ Item deflecti a iuſticia habita eſt in nr̄a
ptāte. vñ cuȝ Anſelmus diffiniat in cōparatiōe ad fineȝ
diffinit per ea que ſunt in nr̄a ptāte de fine: ſȝ aūt in pec
catorib⁹ ꝑdita ſit iuſticia: ptās tñ ꝯſeruādi nō eſt perdita
ſicut aliqs amittēs theſauruȝ thecam retinet in qua reſer
uare poſſet theſauruȝ ſi hr̄et. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ ſicut
finis ultimus eſt vnus ſȝ fines intēti ſint multi. finis aūt
ultimus eſt ꝓpter quē datū eſt li.ar. nobis. ſ. qđ ponitur
ab Anſel. intētiua finis ſunt quos figit ratio: ꝛ in illis li/
bertatē hēt li.arb. ¶ Ad ulti^m dicēduȝ ꝙ diffinitio Aug̃
dicit eē li.ar. qđ eſt facultas eligēdi ex rōne ꝛ uoluntate.
ſed diffinitio Petri tangit libtatē ipſi⁹ in cōparatiōe ad
act⁹. diffinitio aūt Ber. ꝑncipal'r tāgit ea que hēt a rōne
ꝛ uoluntate. diffinitio aūt Anſel. eſt in cōparatione ad fi
nem per quē data eſt. ¶ Ex his patet ſol'o cuiuſdaȝ qōn/
nis que ꝯſueuit fieri. ſ. q̃re noiat li.ar. duplici noie. ſ. q:
ꝯñs eſt ex duab⁹ potētijs rōne. ſ. ꝛ uoluntate. Cōueniēs
cum rōne in arbitrio ꝛ in libtate cum uoluntate. Simi/
liter patet q̃re arbitriū cadat in recto ꝛ ut ſuba: liberum
aūt ut accñs: q: ſ. ꝓpri⁹ act⁹ liberi ar. eſt arbitrij qđ ſequit
ex pte rōnis uel uolūtatis uł utriuſqȝ ut patet ex ꝑdictis.
¶ Queritur de actibus liberi arbitrij.

t **Ertio queritur** de actibus li.
ar. videt enim ꝙ plures act⁹ hēat per auctorita
tem Damaſ. ſup̄ inductā. ſ. ꝙ li.ar. iudicat ꝛ li.ar. vult ꝛ
li.ar. ingrit. ¶ Item quecūqȝ potētie ſic ſe hñt ꝙ quedā
ſunt diffiniētes alias: ꝛ quedā diffinite per illas: illaruȝ
act⁹ eodē mō ſe hēbunt: qđ ꝓbat per hoc ꝙ q̃lis eſt habi
tudo potētiaruȝ ad inuicē talis eſt habitudo actuum. ſed
rō ꝛ uoluntas diffiniūt li.ar. ergo videt ꝙ actus rōnis ꝛ
uoluntatis ſunt in actu li.ar. hoc etiā videt per rōnē act⁹
qui attribuit ei. ſ. eligē. Eligē eniȝ eſt duob⁹ ꝓpoſitis al
teruȝ ꝑoptare. duo aūt ꝓponē nō eſt niſi rōnis: nō enim
ꝓponunt niſi ꝯferēdo ꝛ oīs collatio rōnis eſt: optare aūt
uoluntatis eſt: ergo plures act⁹ ſupponunt per hoc ipſuȝ
qđ eſt eligē. ¶ Sed ꝯtra hoc eſt ꝙ vnius potētie vni/
cus eſt act⁹. li.ar. eſt potētia vna: ergo vnicuȝ debet hēre
actuȝ. ¶ Ad hoc rñdent qdā dicētes ꝙ in ueritate li.ar.
eſt potētia vna: ꝛ hec eadeȝ uoluntas ꝛ rō ſed hēt plures
act⁹ nō ex equa ſed ꝯñter ordinatos ſup idē obm. Et ad
hoc adducūt plures rōnes. quaruȝ vna eſt ꝙ ſicut ſe hēt
finis ad finem ſic ſe hēt potētia ad potentiā. ſed uerū eſt
finis rōnis bonuȝ aut finis uoluntatis: ꝛ idem ſub rōne
eligibilis eſt finis li.ar. Cuȝ igit ueruȝ ꝛ bonum ꝛ eligi/
bile nō differāt niſi rōne ꝛ nō re videt ꝙ rō ꝛ uoluntas
ꝛ li.ar. nō differūt re ſed rōne ſoluȝ. ¶ Item ſicut ſe ha
bet ueruȝ ad cognitiuā ita ſe hēt bonū ad motiuā. ſed ex
cognitiōe ueri ſub rōne ueri nunq̄ȝ ſequit motus in bo
num: ergo neceſſe eſt ponē cognitionē boni aut illa: er/
go eadem eſt cuȝ cognitiua boni uel cognitiua ueri. Si
eadē cuȝ cognitiua ueri tunc neceſſe eſt uerā cognitionē
ponē. ſ. motiuā in ueruȝ que ſe magis teneat ex pte mo/
tiue in bonū: ꝛ ita erūt q̄tuor potētie. ſ. cognitiua ueri in
ratione ueri: ꝛ cognitiua boni in rōne boni: ꝛ motiua in
bonuȝ in rōne boni: ꝛ motiua in ueruȝ in rōne ueri. hoc
aūt eſt incōueniēs q: eadē rōne poneret gnta. ſ. motiua
in uerū in rōne boni: ꝛ ſic multe eſſent potentie motiue
ergo relinquit ꝙ eadeȝ cognitiua ueri ꝛ boni ꝛ motiue
in bonū. ¶ Item hoc uolūt ꝓbare per fidē. fides enim
eſt virt⁹ tēdens in ſummū bonū. Cuȝ ergo oīs virtus ſit
de ꝑfectione uoluntatis ꝛ li.ar. hoc neceſſariū eſt ꝙ uo/
luntas ꝛ li.ar. ſunt potētie tēdentes in ueruȝ ꝛ cognitio/
nem ueri: ergo eadē eſt potētia motiua in bonū ꝛ cogni
tiua: ꝛ motiua in ueruȝ: ergo eadē eſt uoluntas ꝛ ratio ꝛ
li.ar. ¶ Iteȝ ꝓbāt per diuiſionē motiuaruȝ. motiue enī
ab Aug̃ ꝛ Bern⁹ diuidunt in rōnalem ꝛ ꝯcupiſcibileȝ.
Cuȝ ergo uoluntas ꝛ li.ar. ſint de motiuis ꝛ nō ꝯtineant
ſub iraſcibili ꝛ ꝯcupiſcibili ꝯtinebunt ſub rōnali ꝛ ſic rō
ꝛ uolūtas ꝛ li.ar. ſunt vna potētia. ¶ Item vna ꝯtrarie/
tas eſt vni⁹ potētie: ſed virt⁹ ꝛ vitiuȝ ſunt vna cōtrarietas
ergo vna potētia. di aūt a ſanctis q: ſunt in rōne ꝛ uolun
tate vna li.ar. vitiū ꝛ virt⁹ ergo rō ꝛ uoluntas ꝛ li.ar. ſunt
vna potētia. ¶ Item cui⁹ eſt depoſitio ei⁹ eſt neceſſitas
iudiciū aūt boni qđ eſt in rōne eſt diſpō ad motum. ele/
ctio aūt que eſt neceſſitas ꝛ uoluntas ꝑfecta q̃ſi ꝑfectio:
ergo eiuſdē potentie erit iudicare eligē ꝛ uelle. ¶ Item
eius eſt facē motum cui ſit nūciatio de motu: ſed rōni ſit
nūciatio: ergo rōnis eſt facē motuȝ. cuȝ igit mouētes ſint
uoluntas ꝛ li.ar. erūt eedē potētie cuȝ rōne. ¶ Sed cō/
tra hoc eſt q: ſi ꝑma rō ualet tūc etiā potētie motiue ſunt
eedē cuȝ appꝑhēſiuis: ꝛ ſic intellect⁹ practicus ꝛ ſpeculati/
uus ꝛ uoluntas ꝛ li.ar. nō faciūt niſi vnā potentiā. Sil'r
ſm hꝰ ſenſus ꝛ imaginatio ꝛ memoria ꝛ fantaſia nō ſunt
niſi vna potētia: q: obta eoꝝ nō differūt niſi ſm rōnem
ꝛ nō ſm eſſe ſiue ſm rem. Si ꝟo 2ª rō bona eſt tunc ira
ſcibilis ꝛ ꝯcupiſcibilis ſunt eedē cuȝ fantaſia. ſȝ quecūqȝ
vni ꝛ eidē ſunt eadē inter ſe ſunt eadē: ergo iraſcibilis ꝛ
cōcupiſcibilis ſunt idem qđ falſuȝ eſt cuȝ nec idem hēat
obm nec eiuſdē rōnis ſunt. ¶ Sol'o ꝓpter hoc dicimus
ꝙ illa opinio falſa eſt. ſunt enim diuerſe potētie rō ꝛ uo
luntas ꝛ li.ar. ſicut in ꝑhabita qōne eſt demonſtratum.
¶ Ad ꝑ^am aūt dicēduȝ ꝙ Dama. loqtur de li.ar. ꝓut ſe
cōuertit ſup alias potētias mouēdo illas ꝛ hoc qual'r ſit
ex ꝑhabitis eſt declaratū. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ rō ꝛ
uoluntas nō cadūt in diffinitione li.ar. ſicut ptes eſſen/
tiales ipſi⁹ ſed ſicut ea que ſm nām ꝑexigunt ad actum
ipſi⁹. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ nihil ꝓhibet ꝙ li.ar. habeat
in actu ſuo aliqd rōnis ꝛ aliqd uoluntatis ꝛ hoc etiā ſup̄
explanatū eſt. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ illa ꝓpō ſicut ſe ha
bet finis ad finem ꝛc̄. intelligit de fine ſm rōnem finis ꝛ
nō ſm ſbm finis. Rō enim finis facit diuerſitatē in virt
bus aīe ſicut patet in oīb⁹ ſenſibilib⁹ ꝛ rōnabilib⁹ ut ꝓbat
inducta inſtātia. ¶ Ad aliud dicēduȝ ꝙ eadē potētia eſt
motiua in uerū ꝛ cognitiua ueri in rōne boni. ſ. rō ꝑcti/
ca uel intellect⁹ practicus. appetitiua enim pure non eſt
cognitiua: neqȝ oportet ꝙ ſit cognitiua ueri in rōne bo/
ni media ſicut iter cognitiuā ueri ꝛ appetitiuā boni ma/
gis ſe tenēs ex pte cognitiue ueri ꝙ ꝓpter hoc ſit alia. ſ.
motiua in uerū que magis ſe tenet ex pte motiue in bo
num q: cognitiua ueri in rōne boni ſufficit ad utrūqȝ. ſ.
ad mouēdū in bonuȝ ꝛ ad mouēdū in uerum ꝛ hoc per
modū cōſilij ꝛ nō per modū impij ſicut mouet uolūtas.
¶ Ad aliđ dicēdū ꝙ fides eſt in rōne motiua ſicut pra/
ctica: ꝛ non in uolūtate ſicut ſupponebat. Et ſi obijcit ꝙ
Aug⁹ dicit cetera pōt hō uolens: credē aūt nō eſt niſi uo
lens. ſoluēdū eſt per diſtinctionē uolūtatis ſup̄poſitam.
Uolūtas aūt vno mō motor eſt alioꝝ viriū ad ſuos act⁹
ꝛ obta: ꝛ hoc mō loquit hic Aug⁹ ꝛ ſm ꝙ cōuertit ſe ad
rōnē in actu ꝛ obto fidei. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ cum di
uidunt vires motiue in iraſcibilē ꝛ ꝯcupiſcibilē ꝛ rōna
lem ſupponunt in rōnali plures vires eo ꝙ rōnalis nō
noiat qui rōnem ſm ꝙ eſt potētia ſpecialis ſed motiuaȝ
rōnalis aīe: ꝛ hoc ſup̄ explanatū eſt in qōne de diuiſiōe
viriū motiuarū. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ iſta ꝯtrarietas ꝟ
tus ꝛ vitiū eſt ꝯtrarietas in gn̄e ꝛ nō in ſpecie: ꝛ ꝓpter hꝰ
ſufficit ꝙ ſbm ſuū in gn̄e ſit vnuȝ ſȝ in ſpecie ſit diuerſuȝ
hec aūt eſt virt⁹ motiua aīe qđ patet ſi deſcēdat ad ſpēs.
prudētia enim virt⁹ eſt ꝛ ſil'r tēperātia: tam ph̄i aūt q̄ȝ ſan
cti prudentiā ponūt in rōne ꝛ tēperātiā in ꝯcupiſcibili.
¶ Ad aliud dicēduȝ ꝙ eſt quedaȝ diſpō intranea: ꝛ eſt
diſpō quedā itrinſeca: ꝛ hoc uerū eſt ꝑcipue in rōnabi/

libus nusq̄ in naturalib⁹: ↄsiliarius enim disponit agē/tes ⁊ est extra ipm̄. appetit⁹ vo agēdi disponit sicut exn̄s in agēte: ⁊ i talib⁹ nō est uerū q̄ eiusdē sit dispō ⁊ necessitas. vn̄ cuꝫ sit in rōne ⁊ li. ar. ⁊ uoluntate patet q̄ nō seq̄tur q̄ sit eadē potētia. ¶ Ad ulti^m dicēdum q̄ ad hoc q̄ fiat motus sufficit q̄ faciens motum ⁊ nūcians identitatem habeant in substātia ⁊ subiecto: ⁊ non oportet q̄ bm̄ esse ⁊ diffinitionem sint idem.

¶ Queritur de libertate eius.

q Uarto querit de libertate ei⁹. Et circa hoc queruntur tria. s. quid sit libertas. ⁊ cuius sit p̄io. ⁊ de diuisione libertatis.

quia hoc non est uerum immo creauit per uoluntatem que uoluntas est causa dilatoria propter hoc distulit quousque diu uoluit ⁊ tunc creauit. ¶ Si uero queritur ab eis causa dilationis huius dicunt ꝙ vna ⁊ precipua est: ut quia non uoluit ut mūdus sibi ab eternitate equipararetur. Et ex ista solutione sequuntur duo inconuenientia seu due hereses. quarum vna est: ꝙ potuit esse ab eterno sed deus noluit. Alia est uoluntas dei mutabilis sit sm uolita: quod sic probatur: nulla causa est sm hāc solutionē quare mundus ab eterno non inceperit nisi dilatio uoluntatis: ergo mundus fuit perceptibilis durationis eterne. sed dicit Dionysius ꝙ deus communicat communicabilia eo ꝙ inuidia longe relegata est ab ipso ut dicit Augustinus. cum ergo mundus perceptibilis sit eternitatis deus dabit sibi eternitatem uel ipse erit mundus. ¶ Itē uoluntas dilatoria ex causa dilatoria est non stulta: hec autem causa ex parte uolitorum est: ergo uolūtas dei disponitur per diuersa uolita quod est hereticum. ¶ Adhuc aliter probatur eternus esse mundus. dicit enim Aris. in 2° metha^{ce} ꝙ manifestum est ꝙ si principium aliquod ⁊ non infinite cause eorum que sunt neq; sm speculationem neq; sm speciem: ⁊ hoc probatur in omnibus causis. si enim hoc est ex hoc sicut ex materia contingit abire in infinitum: sed in aliqua prima materia stare: ⁊ similiter est in efficiente ⁊ forma ⁊ fine: ergo cum vnus motus sit causa alterius contingit de necessitate stare in aliquo primo motu non causato a motu alio: ergo ille motus non erit factus: ⁊ quod non est factum non habet principium: ergo ille motus non habet principium: ergo erit eternus. ¶ Item quicquid per creationem exiuit a deo creatum est sm ydeam ⁊ rationem: omnis autem idea est ratio forme: ergo cuius nulla est forma illius nulla est idea ⁊ ratio: sed materie sm ꝙ materia nulla est forma: ergo ipsius nulla est idea neq; ratio: ergo erit icreata: ergo mundus etiam non incipit per creationem. ¶ Sed contra in li° de causis dicit philosophus ꝙ prima rerum creatarum est esse ⁊ non est ante ipsam creaturam alia. esse ergo illud aut est in natura aut in ratione tm̄. Si in ratiōe tm̄ tunc esse in ratione est id quod est in anima ⁊ intellectu entis. Quicquid autem est in anima causatur a rebus extra: ergo esse quod est intellectus entis creatum est a rebus extra ⁊ non est creatum. Si autem intelligitur de ente in natura cum super ens fundetur omne quod est: omne quod est erit causatum in ente ⁊ sic mundus incepit per creationem. Si forte aliquis dicat ꝙ auctoritas prima non est uera eo ꝙ sunt qui illum librum non attribuunt Aristoteli: probatur sic. omne quod est incipit ita ꝙ sue factionis nullum preponitur subiectum sm esse ⁊ rationem illud non incipit per motum ⁊ generationem sed post nihil esse sic incipit esse: ergo ipsum non incipit per motum ⁊ generationem sed post. prima probatur ex prehabitis propositionibus Aris.: ubi dicit ꝙ mobile oportet ponere ante motum sm rationem. 2^{a} probatur per hoc ꝙ ante esse nihil est sm rationem. Si forte dicatur ꝙ hec est falsa incipit esse eo ꝙ esse est eternum. ¶ Contra eē aut equiuoce aut vniuoce aut multipliciter sm analogiam dicitur de vniuersitatis pncipio ⁊ de principiatis. Et si dicatur vniuoce hoc patet esse falsum: q: nec de principiatis vniuoce dicitur. Si forte dicatur ꝙ de substantijs dicitur vniuoce ⁊ vniuersitatis principium est substātia. ¶ Contra omne quod ordinatur in predicamento sm vniuocum modum predicandi est ut genus uel species uel indiuiduum vniuersitatis principium nullo istorum modorum est: ergo non est in genere per vniuocum modum predicandi. Si forte dicatur ꝙ est indiuiduum: hoc ridiculosum est q: indiuiduum predicamenti substantie compositum est. primum autem principium simplicissimum est ⁊ infinite simplicitatis. Si forte dicatur ꝙ est in predicamento sicut pars substantie composite: tunc esset materia uel forma: quod iterum absurdum est: ergo ens primum non est ordinabile in predicamento cum alijs entibus. Si forte aliquis vult facere vim de vniuoca predicatione dicendo ꝙ ens non predicatur vniuoce de aliquo eo ꝙ non habet rationem diffinitiuam: hoc iterum friuolum est per vniuoce enim predicare in omnibus intelligitur primis predicari sm vnam communem naturam de omnibus illis que ordinātur sub vno genere. Si dicatur ꝙ multipliciter dicitur. contra multiplicitas entis reducitur ad diuisionem que fit in substantiam ⁊ accidens: ⁊ ens non multipliciter dicitur de substātijs sed dicitur multipliciter de substantijs ⁊ accidentibus: ergo ⁊ sm hoc aut principium primum est accidens ⁊ principiata substantie aut econuerso: quorum utrūq; falsum est. Si forte dicatur ꝙ multipliciter dicitur sm modum efficientis uel finis. ¶ Cōtra sm hoc oporteret ꝙ alia operatio esset uel aliquis finis qui diuersis modis efficeretur a primo principio ⁊ principiatis: ⁊ hec operatio uel finis per hoc nomen esse importatur sicut video de medico ꝙ multipliciter dicitur de eo qui scit artem ⁊ de uetula que medicatur sine arte: ⁊ de instrumentis medicinalibus que non mouētur per se ad operationem sanitatis: sed a motore extrinseco: ⁊ operatio sanitatis significatur in nomine medici. Similiter sanum dicitur de animali tanquam forma consistens in temperamento humorum. De cibo autem tanquam de conseruante ⁊ de urina ut de iudicante: finem tamen intentum a medico dicit nomine suo: non sic autem est ꝙ nomen entis operationem dicat uel finem ad que diuersimode se habet prima causa ⁊ causata eo ꝙ ens est primum in natura. quicquid illud est: ergo non sic multipliciter dicitur: ⁊ sic relinquitur ꝙ equiuoce dicatur sm solam communitatem nominis. Inde sic prima causa est vna sm substantiam ⁊ esse: ⁊ est vniuersitatis principium: ergo causabit alia sm suas substantias ⁊ esse. Esse autem non potest causari per generationem ⁊ motum: ergo creatio eius erit postquam non erat: ⁊ hoc virtute cause prime: ergo esse omnium creatorum incipit per creationem. ¶ Item resolutio est compositi in simplicia: ⁊ sm hanc viam a via ultima accipitur intellectus speciei: ⁊ a forma que est circa hanc: sicut est sensus in homine accipitur intellectus generis ⁊ ab ea que est iterum circa illam ascendendo sicut est vnum in homine accipitur intellectus animati: ⁊ si accipiatur ulterius sicut corpus in homine accipitur intellectus corporei ⁊ sic ascendendo deuenitur usq; ad substātiam ita ꝙ semper a forma ꝯtrahente materiam accipitur intellectus ab aliquo distinguēs plus ⁊ minus sicut substātia distinguit a paucioribus: ⁊ ultima forma que est a rōnali distinguit a pluribus ⁊ medie distinguūt medio mō: ergo intellectus eius qd̄ nihil distinguit sicut est intellectus entis de necessitate per resolutionem accipietur ab illo qd̄ nihil ꝯtrahit ⁊ determinat in cōmento. Hoc aūt est illud quod relinqtur post omnes formas cōtrahētes ⁊ determinātes: sed hoc est hyle ergo intellectus entis resoluitur ad hyle: ergo qd̄ in rōnibus probatur de ente hoc in rerum natura tenebit de hyle: sed de ente pbatum est ꝙ in oībus causatis incipit per creationē: ergo hyle oīum materiatorum a prima causa est causatū. Sed q: sunt qdam phi qui hoc ꝯcedūt sed dicūt nihilominus ꝙ mūdus durauit ab eterno ⁊ tm̄ a pma causa creatus est sicut radius a sole cum tm̄ coeuus sit soli: vnde dicūt mūdum radium esse pme cause. Obijciamus ꝯtra hoc sic. In oībus his in qbus creatum coeuum est cause causa sm pprietatem sue forme producit illa ⁊ non ministrat eis substātiam sicut patet: lumen enim a sole non accipit naturā in qua sit sed potius ab aere. Similiter ⁊ in vmbra est per oppositū: sed mūdus subam ⁊ formam ⁊ quicqd est habet a pma causa: ergo de necessitate erunt post ipsam sm durationem esse ⁊ substantie: ⁊ non est simile de radio. ¶ Item supra probatum est

in questione de eternitate ꝙ tempus est sub eternitate ⁊ post ipsam: ergo ⁊ temporale est sub eterno ⁊ post ipsuꝫ erit. ⁊ si mundus est temporalis prima ꝟo causa est eterna: ergo mundus est sub prima causa ⁊ post ipsam. Sed quia multa supra in questione de creatione ⁊ in questione de materia prima dicta sunt ualentia ad ista ideo sufficiunt prehabita. ¶ Solutio dicimus ꝙ mūdus incipit per creationem: sed non incipit per generationeꝫ ⁊ motum: ⁊ hoc solum est qđ nitūtur probare naturales. Demonstrationibus aūt phicis non demōstratur qualiter materia exiuit in esse eo ꝙ phice demonstrationes oēs supponunt motum: ⁊ motus subiectum aut mām ⁊ mobile. ꝭm hoc facile erit respōdere ad omnia obiecta philosophorum. ¶ Dicimus ergo ad primum ꝙ uerū dicunt phi dicentes omnem motum ⁊ factionem que est ꝭm naturam reduci ad primū sui generis: hoc est ad motum celi qui per hoc ꝙ est primus est causa omnis motus inferioris. per hoc autē ꝙ est uelocissimus ⁊ vniformis eo ꝙ ipse est circularis est mensura oīum alioꝝ motuum ⁊ ille non est factus neqꝫ generatus eo modo quo ipse est causa factionis ⁊ generationis aliorum motuū. Sed nihil prohibet ipsum esse creatum ex nihilo: nō distincte quidē sed in suo mobili: sicut nec nasus nec oculus nec forme nec accidētia fiunt primo modo distincte sed pars fit in toto ⁊ forma in mā ⁊ accidēs in subiecto: ⁊ similiter motus fit in mobili ⁊ tēpus im motu. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ diuisio illa optima est quam prosequtur Arꝭ. positio enim Anaxagore ꝑposuit mobile motui. s. mixtum in quo omnia erāt in omnibus per formā ⁊ mām: sed forme latebant ⁊ intellectus agens segregabat inducendo motum qui eduxit apertum de occulto. Similiter Empedo. positio talis supponit mixtum. s. litem ⁊ amicitiaꝫ principia agentia: ⁊ amicitia quidē multa discordantia conducendo in vnum generatum motū generationis inducit. lis ꝟo multa discordantia resoluēdo ex vno generato componendo inducit motuꝫ corporis. Et contra hoc ꝓcedit Arꝭ: querendo utrum mobile sit factum ante motū uel mobili existente non fuerit motus: sed postea inceperit. ⁊ si mobile est factum tunc ipm fuit in fieri ⁊ sic motus precedit motum primuꝫ ⁊ sequītur inconuenientia prehabita ⁊ patet ꝙ ratio optima est de fieri quod idem est quod generari super materiam. Sed si extēdatur fieri ad creari tūc non erit super materiam nec ponit motuꝫ sicut supra ostēdimus in questione de creatione: ⁊ ex hoc nullum triū incōuenientiuꝫ sequetur. ¶ Ad hoc autem quod obijcit dicendū ꝙ si motus incepit a mobili preexistēte ꝙ hoc cōuenit altera duaruꝫ causarum: hoc de plano cōcedimus eo ꝙ nos dicimus motum esse creatū non perse sed in mobili ⁊ stat in mobili existente fuisse motū. ¶ Ad hoc ꝟo quod obijcit ꝙ mobile fuisset sufficiēter dispositum ad motuꝫ de plano concedimus: q: hoc nihil est dictū propter naturam celi que non pōt suscipere dispositiones ꝑegrinas super se. ¶ Ad hoc ꝟo quod obijcitur per rationē tēporis: dicēduꝫ ꝙ ueruꝫ dicunt philosophi dicentes tēpus esse ingenituꝫ: sed motus ingenitus est eo modo quo diximus. s. ꝙ non incedit per generari ⁊ fieri nisi fieri extēdatur ad creari. creari nullū ponit motū. ¶ Ad id aūt quod obijcitur de inceptione tēporis sufficienter respōsum est in questione de tēpore ⁊ de eternitate: lꝫ eniꝫ nihil moueať in nūc tamē nihil prohibet creationi coequeuum adiacere nūc eo ꝙ creatio non est motus ut dictū est. ¶ Ad id autē quod videtur probari ꝙ motus semper erit. dicenduꝫ ꝙ motus non finietur ut nunc nec tēpus finietur in nūc. siquis vim uelit facere in uerbo: sed bene finieť ad nunc: lꝫ eniꝫ contingentiū non bene finiatur in indiuisibili ita ꝙ finiri dicat ultimā partē eius tamē finitur bene ad diuisibile. Et siquis obijciat ꝙ illud nūc est principiū futuri. hoc non erit contra fidem catholicā eo ꝙ fides catholica bene ponit tēpus dānatorum futurum in secula. Sed ueruꝫ est ꝙ non erit principiū futuri ꝭm successionē eiusdē motus. i. motus celi. Ad auctoritates aūt quatuor que inducūtur ex xjº methaᶜᵉ. vna est respōsio quā etiā posuimus in questione de resurrectione. s. ꝙ motus celi in cōparatione ad motorē ⁊ mobile non habet principiuꝫ per generationē nec finem per corruptionē: ⁊ in hoc sensu procedunt rationes phice. In cōparatione ꝟo ad determinatā rationē mouendi nihil prohibet motum celi habere finē: determinata autē hec ratio est impletio numeri electorū. ¶ Ad hoc quod obijcitur in fine octaui phisicoruꝫ. dicendū ꝙ illud uerissimuꝫ est ⁊ probatur ex ipso ꝙ primus motus non est virtus naturalis sicut est graue ⁊ leue uel caliduꝫ ⁊ frigidū que in maiore quātitate fit maior: ⁊ in minore fit minor: uel in infinita infinita ⁊ in finita quātitate finita. Sed si sit indiuisibilis in se per sui simplicitatē ⁊ impartibilis quantitate subiecti: eo ꝙ nullā habet magnitudinē in qua sit sicut virtus corporea. Infinitū ꝟo mouet motuꝫ non finituꝫ duobus finibus nature que sunt generatio ⁊ corruptio. ¶ Ad id autē quod obijcitur de 2º de generatione ⁊ corruptione dicendū ꝙ generatio ⁊ corruptio finē non accipiunt ex impotentia causarū naturaliuꝫ: sed ꝭm theologicā: sed finis eorum erit ad innouationē mundi ⁊ statu glorie de quo nihil habet dicere philosophia naturalis eo ꝙ ex principijs naturalibus non potest probari. ¶ Ad id quod obijcitur de uegetabilibus dicendū ꝙ Abrutallus intellexit mūdū incepisse ab aliquo tēpore in quo habuit plātas ⁊ non aīalia. Arꝭ: autē contradicit ex eo ꝙ potentia materie est ad oēm formā equaliter. materia aūt duobus finibus nature non clauditur qui sunt generatio ⁊ corruptio ut supra probauimus. Similiter principia ꝑma motiua hoc est celuꝫ ⁊ stelle non cadunt sub generatione ⁊ corruptione: ⁊ ideo dicit Arꝭ: totalē munduꝫ esse perpetuuꝫ ⁊ sempiternuꝫ referens hoc ad principia prima mouentia que est celuꝫ ⁊ stelle ⁊ ad primū patiens quod est materia. q: ꝟo celum propter diuersitatē figuraruꝫ ⁊ stellaruꝫ equaliter mouet ad oēm speciem aīalis ⁊ plante: ⁊ similiter materia omnem formā eq̄liter desiderat: ꝑpter hoc dicit ꝙ nunqꝫ fuit tēpus in quo materia ꝓduxit plātas ⁊ non animalia ꝭm principia prehabita: sed semper produxit equaliter omnem speciem animalis ⁊ plante. Et ex hoc nihil sequitur contra intentionem mundi per creationem. ¶ Ad hoc quod obijcitur per rationes magistroruꝫ facile est respondere: lꝫ enim deus sit idem eodem modo se habēs in substātia: tamen sicut dicit Boecius est mente gerens pulchrum pulcherrimus ipse ⁊c. Unde lꝫ ipse sit vnus tm̄ multa sunt que creauit eo ꝙ in sapientia sunt rationes multorum non ut multa sed ut vnum quod est causa omnium: ⁊ est simile in centro circuli a quo principiantur omnes linee ducte ad circumferentiam: ⁊ est principium multorum vnum existens: ⁊ sic patet ꝙ lꝫ eodem modo se habeat deus in se tamē sua creata non eodem modo se habeant ad ipsum ⁊ sic non sequitur aliquid quod concluditur scilicet ꝙ creatum sit vnum: quia ipse est vnus. uel eternum quia ipse est eternus. Dictum autem philosophi intelligitur de causis ꝓximis ⁊ immediatis: quarum causalitas est ad vnum tm̄ ⁊ huiusmodi causalitas non est deus. ¶ Ad sequens patet solutio per ante dicta. ¶ Ad id quod obijcitur de solutione dicendum ꝙ solutio non ualet ut bene probatur. ¶ Ad id quod obijcitur de relatione creature ad creatorem dicendum ꝙ quedam relatiua respectum ponunt ꝭm rem in utroqꝫ relatiuoruꝫ ut pater ⁊ filius. quedam autem in altero tm̄ ꝭm rem ⁊ in reliquo ꝭm rationem: ⁊ illa sunt que Augustinus ex tempore dicit deo conuenire sicut creator ⁊ dominus. hec eniꝫ in creatura ponunt respectuꝫ ꝭm rem qui causatur ab aliqua mutatione: sed in deo qui immutabilis est non ponūt respe-

ctum ſm rem ſed tm̃ ſm rationem. ¶ Et ſi obijcitur q ratio uana eſt que rei non innititur. dicendum q aliter eſt in ratione relationis q in ratione aliorum. Rationi enim relationis vnus reſpectus ſufficit ſm rem ut utrũq; relatiuorum intelligatur eo q vnum cadit in intellectum alterius. In alijs autem vnumquodq; habet ꝓpriam naturam non dependẽtem ad aliud: et hoc precipue uerum eſt de illis relatiuis quorum vnum refertur ad alterum et non econuerſo de neceſſitate ſicut ſcientia ad ſcibile. ſcientia enim eſt ſcibilis ſcientia ſed non econuerſo de neceſſitate niſi ſcibile ſm actum ſumatur: et ſic eſt in creaturis que referuntur ad creatorem et non econuerſo. ¶ Ad hoc quod obijcitur de actu creandi dicendũ q non eſt actus proprie loquendo ut ſupra in queſtione de relatione expeditum eſt. ¶ Ad id quod obijcitur ex 2° metha^cc^ dicẽdum q omnis cauſa reducitur in aliquã primam: et prima ſine dubio ſunt ut dicitur in primo phiſicorũ que non ex alijs ſed alia ex ipſis. ſed in omni phia duo fines nature ſupponuntur. ſ. generatio et corruptio et quod eſt ante utrũq; illorum ut cauſa ponatur eſſe principium phicum ut iam ſepius determinatũ eſt. ¶ Ad aliud dicendum q ſicut optime probatur in obiectione in contrarium facta entitas in materia abſtrahi a materia non poteſt: ante eus enim nihil eſt ſm rationem: et ideo idea entitatis eſt idea ſb qua creatur materia: et per hoc probatur q prima diuiſio entis ſm rem eſt in actuũ et potentiam. Quidam autem hec omnia facili determinatione ſoluunt ſimpliciter dicentes mẽtiri philoſophos non intelligentes neq; que dicunt neq; que affirmant.

¶ Utrum mundus ſit vnus uel plures.

S Ecundo queritur Utrum mundus ſit vnus uel plures: et qua vnitate ſit vnus. probat enim Ariſ. in primo de celo et mundo multis rationibus q eſt vnus. Quarũ quaſdam ponemus et quaſdam dimittemus. Una autem rationum ſuarum hec eſt: q ſi mundi eſſent plures oporteret q iſte eſſet aperte materie et ille aperte materie: ſed iſte eſt ex materia tota: ergo mundi non ſunt plures. Qđ autem ſit ex materia tota probatur ſic. materia diuiditur ſm diuiſionẽ potentie ad motum. potentia uero ad motũ eſt ad ubi et ad formam. et potentia ad formam eſt ad ſubſtantialem uel accidentalem. et potentia ad accidentalem eſt in quali et in quanto. et potentia ad ubi eſt in materia celi. potentia uero ad formas ſubſtantiales et accidentales: et accidentalis eſt in materia elementorum iſtius mundi: ergo et iſte mundus erit ex materia tota. Si uero diceretur q ad eaſdem potentias eſſet in alio mũdo: et hoc nihil eſſet quia eſſet fruſtra ponere in natura duas materias ad eaſdem potẽtias cum vna ſufficiat. ¶ Item omnia corpora grauia uel leuia mouentur ad locum determinatum ubicũq; ſint extra locũ illum: ergo motus omnis terre erit ad locum huius terre: et ita terra alterius mundi moueretur ad locum mundi huius: et ignis alterius mundi ad locũ huius mundi quod non videmus. ¶ Si forte aliqs diceret q diſtantia hoc impedit: hoc poteſt eſſe falſum. diſtantia enim facit ad uelocitatẽ: motus uero ad impedimẽtum. videmus enim q terra elongata extra ſuum locũ uelociſſime redit ad ipſũ. Si uero diceretur q violenter detineretur: ſm hunc modum motus terre ad medium erit violentus et non naturalis quod falſum eſt. Ad quẽcũq; enim res mouetur naturaliter eſt in eo et in eo quieſcit naturaliter. ¶ Preterea rationibus multis probatur celum non eſſe finitum. ponamus ergo plures mũdos cum omnes ſint circulares: vnuſquiſq; tangit in puncto alterum: ergo id quod eſt in medio erit uacuum qđ eſt abſurdum: ergo erit vnus tm̃. ¶ Sed contra deus creauit mundum: aut ergo tota potentia creauit mundũ: aut parte potentie. ſi tota: cũ ergo ſua potẽtia ſit infinita mũdus erit infinitus: ſed non eſt infinitus per quantitatem continuam: ergo erit infinitus per numerũ: et ſic erũt infiniti mundi. Si uero a parte potentie creauit eũ: ergo potentia dei erit diuiſibilis: quod eſt hereticũ. ¶ Preterea queritur qua vnitate mundus ſit vnus. eſt enim vnũ indiuiſum in ſe et diuiſum ab alijs aliqua diſcretione ſui. et eſt vnum ex reſpectu multoꝝ ad vnum quod in illis eſt per rationem vnam: et ſic vniuocũ eſt vnum. Et eſt iterũ vnum ex reſpectu multoꝝ ad vnum qđ eſt in illis per prius et poſterius ſicut analogum eſt vnũ: et eſt vnum ex reſpectu plurium ad vnum nomen ſicut equiuocũ eſt vnũ et eſt vnum ex reſpectu potentie ad actum ſicut compoſitum ex materia et forma eſt vnum: et eſt vnũ ex reſpectu accidẽtis ad ſubiectum ſicut cõpoſitum ex ſubiecto et accidẽte eſt vnum: et in rebus nõ videt vnum inueniri pluribus modis dictum: ergo videtur q mũdus ſi eſt vnus q aliquo iſtorum modoꝝ ſit vnus: et diſcurrenti per ſingula facile patet q nullo iſtorum modoꝝ eſt vnus: ergo non eſt vnus. ¶ Preterea in principio phiſicoꝝ diſtinguitur vnum tribus modis. ſ. indiuiſibile et cõtinuitate et rõne. et iterum patet q nullo iſtoꝝ modorũ dicit mũdus eſſe vnus ergo non eſt vnus. ¶ Preterea in 3° metha^ce^ diſtinguit Ariſ. multipliciter vnũ: et dicit q eſt vnũ pſe et vnum per accidẽs tribus modis. ſ. per cõparationem accidẽtis ad ſubiectũ uel accidẽtis ad accidens quod ſecum eſt in eodem ſubiecto: uel duoꝝ accidẽtium ad vnũ ſubiectum. perſe aũt dicitur multis modis. ſ. ut glutinatum a natura: et ut glutinatũ ab arte ſicut dicimus parietem vnum cum tamẽ habeat partes diuerſas. et dicimus corpus organicum vnũ cum tamẽ habeat neruos et oſſa et carnem. et dicit vnum cõtinuum. ſ. cuius partes copulant ad vnum terminũ. et dicitur vnum cuius motus eſt vnus geti non ꝑmixtus ſicut eſt motus ſuper lineam rectam. Et omnibus his modis vnum perſe dicit cõtinuitate vnum: ſi cõtinuitas large ſumatur. perſe autem dicit vnum alio modo quoꝝ ſubiectum non diuidit per formam et hoc dicit duobus modis. ſ. qđ non diuiditur ſm formam in ſubiecto primo uel ultimo. dico autẽ ultimũ ſubiectum quod eſt ꝓprie cõplementum in ſpecie ultima rei et ſic homogenia ſunt vnum ſicut vnũ eo q quelibet pars vnius eſt vnum: et aqua primum uero ſubiectũ uoco quod eſt ꝑmum in genere: et ſic vnũ ſunt que participant vnum ſubiectum in genere: ſicut in 4° methe^oꝝ^ liquabilia calido et ſicco dicunt eſſe ſpecies aque et vnũ in aqua tanq̃ in primo ſubiecto et liquabilia humido dicuntur ſpecies terre et vnum in terra. Tertio modo dicit vnum perſe quorum genus eſt vnum et differũt per differentias ſubiectas illi generi: et hoc tribus modis. aut enim ſunt vnũ in genere proximo ſicut homo et equus et canis in aiali. aut in remoto ſicut yſocheles et yſopleuros in figura. aut in genere quod eſt in materia ſicut generabilia et corruptibilia ſunt vnum ut habet in ꝑmo de generatione et corruptione q ipſorum eſt vna materia ſm ſubſtãtiam differens ſm eſſe. Quarto modo dicunt vnum perſe quoꝝ diffinitio eſt vna: et hoc iterũ dicitur duobus modis. ſ. ſm diffinitionem generis uel ſm diffinitionẽ ſpeciei. ſm autem diffinitionem generis augmentum et diminutio ſunt vnum ſm uero diffinitionem ſpeciei ſuperficies plane ſunt vnum. augmentũ enim et diminutio ſunt motus in quantitate tanq̃ in genere vno: plante uero ſpecies vniũtur in diffinitione ſpeciei. Quinto modo dicit vnũ perſe qđ modo ſimplici eſt vnũ hoc eſt in his que ſimpliciter inſunt: et non diuidũtur ab ipſo cui inſunt ſm tẽpus neq; ſm diffinitionẽ neq; ſm locũ neq; ſm nomen diffiniti: et q: talia maxime inueniũtur in ſubſtãtia ꝓpter hoc ſubſtãtia taliter eſt maxime vna. Sexto modo dicit vnũ pſe qđ non diuidit in ſpẽs alias uel formas ſed nõ diuidit per nãm ſicut vnum os et vna caro. Septimo mõ dicit vnũ pſe vnum ſm nãm eorũ

que quis in actione et passione et forma et relatione diuersa sunt. Sunt tamen vnum inquantum suscipiunt actum vnum sicut membra organica vnum sunt in potentia vite suscipienda. Octauo modo dicitur vnum perse cuius substantia est vna: et hoc principaliter est vnum et vocatur substantia forma terminans materiam siue sit forma artis siue forma nature sicut dicimus fortilarem esse vnum et fortem vnum et hoc vnum maxime dicitur in quo impossibilis est additio eo quod forma proportionatur materie et corrumpitur per plus et minus. Nono modo dicitur vnum perse quod est principium numerorum et hoc est mensura omnium eorum que sunt in suo genere et est principium discretorum. discretio enim fit a diuisione: et diuisio fit duobus modis. scilicet per naturam et differentiam diuidentem: et idcirco hoc vnum dicitur duobus modis scilicet vnum quod est in numeris per substantiam iteratum in illis: et vnum quod differt ab illo per formam et hoc est in quolibet genere illius generis minimum sicut minimus tonus est in musicis et minimus motus in motibus. Cum ergo nullo istorum modorum dicatur mundus vnus videtur mundus non esse vnus. ¶ Solutio dicimus mundum esse vnum non ut quidam heretici dicebant multos esse mundos: et diuersificantur secte eorum in quatuor. Quidam autem dixerunt infinitos mundos per successionem: quorum auctor fuit Empedocles qui dicebat quod completo vno motu celi secundum modum orbis omnia reuertuntur in primam materiam et incipiente alio motu regenerantur eadem numero que prius fuerunt: et incipit alius mundus. Completur autem ille motus celi secundum complexionem nel motum stellarum fixarum ab occidente in orientem sicut mouentur planete in. xxxvj. millibus annis: et hoc spatium uocant annum vnum magnum. Alia secta dicit quod mundi sunt infiniti vno existente extra alium: quam sectam reprobant inducte obiectiones. Tertia secta fuit Manichei qui posuit regionem lucis et regionem tenebrarum in duobus mundis sicut in sua epistola legitur: quam uocat fundamen. Quarta est phariseorum qui dogmatizant alium mundum futurum post istum in quo ipsi in aurea hierusalem existentes: reges gentium habebunt clientulos et reginas nutrices. Dicendo autem mundum esse vnum dicimus extra ipsum nec locum esse nec tempus sed vitam beatam: non ut in loco sed uti in obiecto eo quod dicimus deum ad mensuram mundi non includi. ¶ Ad id quod contra hoc obijcitur dicendum quod nihil est querere utrum deus tota potentia uel parte potentie creauit eo quod sua potentia est simplex sicut sua essentia et partem non habet. ¶ Ad hoc autem quod queritur utrum infinita potentia creauerit. dicendum quod si infinitum sumatur priuatiue tunc est passio quanti et sonat in perfectione et sic nec finita nec infinita potentia creauit uel mouet mundum ut probatur in fine octaui phisicorum. Si vero infinitum sumatur negatiue. i. non finitum sic infinita potentia creat deus quicquid creat. sed secundum hoc nihil ualet obiectio eo quod creatum non potest equipari potentie creanti. ¶ Ad hoc autem quod queritur qua vnitate sit vnus. dicendum quod vnitate proportionis potentie ad actum: sed illa proportio dicitur multipliciter. scilicet mouentis ad motum et patientis ad agens et forme ad materiam et locati ad locum: et hoc supra determinatum est in questione de operibus sex dierum. ¶ Si queratur que sit hec vnitas. dicendum quod est vnitas ordinis in dictis proportionibus: in quo ordine secundum Augustinum vidit cuncta que fecerat et erant ualde bona. Et si queritur ad quam vnitatem prehabitarum reducitur. dicendum quod ad vnitatem collectionis in discretis in qua ratio colligendi et ordinandi sumitur ex dictis proportionibus. secundum autem rationem vnam Aristoteles: que ponit mundum ideo esse vnum quia sit factus ex materia tota hec vnitas reducta erit ad vnitatem generis quod est materia prima eo quod hic mundus materiam illam continet secundum omnes diuisiones sue potentie: propter tamen huiusmodi difficultatem dicebat Pythagoras quod mundus esset vnus conglutinatione que est per naturam sicut membra in corpore animato: eo quod ipse posuit mundum totum esse vnum animal magnum et uacuum et extra mundum in infinitum: et aliud animal per respirationem attrahere uacuum de infinito in seipso et distinguit inter corpora diuersa huius mundi sed hoc alibi reprobatum est.

¶ Queritur de ordine et perfectione vniuersi.

Ultimo queritur

de ordine et perfectione vniuersi. Et queruntur tria. quorum primum est utrum vniuersum perfectum sit in conclusione. uel utrum sit infinitum carens termino. 2m est utrum ipsum perfectum sit perfectione que dicitur mundi anima a Platonicis. 3m est de ordine ipsius.

Ad primum proce

ditur sic. Et ponantur rationes Aristotelis: in primo de celo et mundo alique ad hoc quod mundus sit finitus et alique dimittantur sic. In omni circulo possibile est lineam egredientem de centro tangere circumferentiam: ergo omnis circulus est finitus. quod sic probatur: infiniti ad infinitum nullus est contactus eo quod illa se contingunt quorum ultima simul sunt. infinitum non habet ultimum sed linea egrediens a centro tangit circumferentiam: ergo ultimum linee est simul cum ultimo circumferentie: ergo utrumque illorum est finitum: sed mundus est circularis ergo est finitus. ¶ Item linee egredientes a centro quanto magis protrahuntur a centro uersus circumferentiam tanto magis distant: ergo si in infinitum distat circumferentia in infinitum distabunt linee a se inuicem. sed que in infinitum distant numquam concurrunt: ergo iste linee non concurrunt in centro quod falsum est et contra suppositum. ¶ Item naturaliter probatur sic: motus per spatium infinitum in tempore finito est: ergo si accipiamus punctum orientis distantia que est ab oriente in occidentem erit infinita: ergo sol ab oriente in occidentem mouebitur in tempore infinito quod est contra sensum: quia videmus quod pertransit totum hoc spatium in vigintiquatuor horis. has et his similes ponit Aristoteles rationes multas in primo de celo et mundo. ¶ Sed contra omne finitum potentie est finite: sed mundus est potentie infinite: ergo non est finitus. quod mundus sit potentie infinite sic probatur. potentia mundi est in corruptibilibus et in incorruptibilibus. In incorruptibilibus vero est potentia infinita ad mouere et ad moueri: quia si tempore infinito staret mundus semper moueret et moueretur ex potentia quam habet. In corruptibilibus vero est potentia infinita in agendo et patiendo: quia si in infinitum duraret mundus semper ageret et pateretur ad generationem et corruptionem inferiorum. ¶ Solutio dicimus quod mundus finitus est in quantitate eo quod infinitum sicut habetur in phisicis est cuius partes accipienti semper est aliquid accipere extra ipsum et hoc est imperfectum eo quod non est completum in omnibus partibus suis. Cum igitur mundus completus sit in omnibus partibus suis ipse erit perfectus et finitus secundum quantitatem. Sed si uolumus sequi probationem Almagesti geometrice inuentam que correcta est in albategni et alfragano: tunc dyametrum mensure terre erit sex millium et quingentorum milliariorum. distantia autem lune a terra in propinquiori longitudine erit tercesies ter tantum quantum dimidium dyametri terre: et insuper dimidium dimidij et vicesima pars eius et hoc est centum millia et nouem milliaria et vigintisex milliaria. In maiori vero longitudine habebit tria millia et. viij. millia et quingenta et. xlij. milliaria. Similiter mensuratur

distantia aliorū planetarum ex dimidio dyametri terre. circulus autē maior in rotundum dicit habere .xl. millia ꝛ decē millia ꝛ.d.ccc. millia ꝛ.xviij. millia ꝛ.d.ꝛ.lxx. miliaria ſm̄ menſuram quam Ptholomeus in almageſti dat. ſ. ꝙ circūferentia excedit dyametrum tribus vicibus ꝛ ſeptima parte vnius. dyameter aūt totius circuli maioris octaue ſpere probatur habere centū millia ꝛ.xxx. milia milliarioꝝ ꝛ quinque centū ꝛ.xxv. millia milliarioꝝ. Cum aūt circulus diuidatur in tricentos .lx. gradus quilibet gradus circuli maioris habebit quantitatē ſibi determinatam: que tota quantitas finita eſt vnde patet ꝙ mundus eſt finitus. ¶ Ad id aūt qđ contra obijcitur dicendum ꝙ in potentia actiua ꝛ paſſiua nihil ꝓhibet hoc modo mundum eſſe infinitum. ſ. per ſucceſſionē ſic duraret in infinitum. ſic enim finitus ſemper eſſet ad actuꝫ vnum ꝛ potentia eſt ad alterum ꝛ hoc eſt eſſe ſimpl'r finitum ꝛ infinitum potentia: ꝛ hoc modo bene conuenit eſſe infinitum.

¶ Utrum mundus perfectus ſit.

Secundo queritur

Utrum mundus perfectus ſit perfectione que dicitur mundi anima a platonicis. ſicut enim dicitur in thimeo nec fas erat bonitati preſtāti quicꝗ̄ facere niſi pulchrū: eratqꝫ certum tante diuinitati nihil eorum que ſentiuntur habere ſenſum dūtaxat nec intellectum eſſe mediuꝫ in creante. Intellectuꝫ vero niſi anime primo uenire. hac ergo reputatione intellectus porro anima in corpore locata animantis mundi ambitū cum ueneranda illuſtratione compoſuit: ex quo apparet ſenſibilem mundum animal eſſe intelligens diuine prouidentie ſanctione. ¶ Ex hoc accipitur ꝙ mundus habet animam intelligibilem. ¶ Item Plato ex perfectis vniuerſis que totum prefectumqꝫ primo genuit: animaꝫ immediate eius locauit eandē que per oēm globuꝫ equal'r porrigi iuſſit quo rectus interioribus partibus extrema queqꝫ totius corporis ambitu anime circūdarent. Ex hoc accipit ꝙ mundus habet aīam que ſita eſt in medio mūdi. Ibidē etiam dicit ꝙ deus hanc aīam ante corpus fecit ꝛ corpori vniuit. hoc etiam videt dicere auctor ſex principioruꝫ dicens mūdi aīam eſſe ſimplicem ꝛ nulli uariationi eſſe ſubiectā. per rōnem etiam videt idem probare. Omnis motor per intētionem ꝛ intellectum moueus aliqđ corpus itrinſecus illi corpori eſt anima illius corporis: motor mundi ſic mouet mundū: ergo ipſe eſt anima mūdi. probatio prime eſt: ꝙ non ſunt niſi duo motores intrinſeci. ſ. natura ꝛ anima. ſed natura non mouet intentionē ꝛ intellectū. ſil'r motus extrinſecus eſſet motus violentus: ſed mundū conſtat non violenter moueri: ergo motor eius erit intrinſecus ꝛ ſic erit anima. ¶ Item omnis motus localis qui eſt non ſm̄ naturā corporis mobilis eſt violentus: uel ſi anime talis motus inuenitur in partibus mundi ſicut dicunt phi ſicut patet in fluxu ꝛ refluxu maris: ꝛ in circūuolutione ignis: ergo videtur ꝙ ille motus aut ſit violentus aut ab anima: ſed nō eſt violentus eo ꝙ nō eſt cōtinue ꝛ ſemp ergo motus erit anime. ¶ Sed contra: anima in omni corpore aīato aut continuitatem ponit aut colligantiaꝫ ad vnum per naturam: partes mundi nec ſunt ꝯtinue nec colligate ad vnū per naturā ergo non ſunt animate. ¶ Item in qualibet pte corporis animati aliqua inuenit opationum anime: ſed que opatio inueniat in terra impoſſibile eſt fingere: ergo mundus non habet animam. Sed qꝛ multa ſunt in qōnibus de anima ꝛ in qōnib⁹ de celo ꝛ mūdo. de hac materia diſputata ſufficiāt ꝑdicta. ¶ Solutio dicimus mūdū non habere aīam neqꝫ eſſe animal. ¶ Ad dicta aūt Platonis dicēdum ꝙ ipſe virtutem primi motoris animā appellauit illa rōne que aſſignata eſt in qōne de celo ꝛ mundo. ꝛ hanc dixit eſſe in medio propter hoc ꝙ generatio circūferentie eſt ex medio ꝛ continuitas eius ad medium: ꝛ ſm̄ hunc modum eſt proceſſus ꝑmi motoris in mouēdo mundū. virtus enim ſtellarū ꝛ celi per directiones radioꝝ eſt ad mediū. virtus aūt generabiliū ꝛ corruptibiliuꝫ eſt a medio ad circūferentiā: eo ꝙ ꝗ̄to plus recedunt a cōtrarietate elemētoꝝ tanto plus couenniunt cuꝫ natura celi ꝛ etiam nobiliorē ſortiunt fortunā ut ſupra diximus. ¶ Ad obiectum aūt dicendū ꝙ virtus primi motoris ꝯiuncti primo mobili non imediate eſt in oībus ꝛ hoc exigeret ſi eſſet aīa: ſed per motuꝫ celi mouet ignem: ꝛ aerem per ignem: ꝛ aquaꝫ per aerem ꝛ ſic de alijs. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ motus celi localis nō eſt ꝓpter virtutem intraneā illi corpori qđ mouetur ſed per motum exterioris corporis ipſum rapientis: tamen hec omnia ſupra ſoluta ſunt.

¶ Utrum omnia ſint ordinata.

Tertio et ultimo querit

de ordine vniuerſi. videt aūt ꝙ omnia ſunt ordinata. Dicit enim Aug⁹ ꝙ omnia creauit deus in modo ſpecie ꝛ ordinē. ¶ Iteꝫ Plato in thimeo oē viſibile corporeū motui importuno fluctuās neqꝫ vnꝗ̄ qeſcēs de⁹ redegit in ordinē ſciens ordinatoꝝ fortunā cōfuſis inordinatiſqꝫ preſtare. ¶ Item Ariſt. in prin⁹ octaui phiſicorum dicit nihil eoꝝ inordinatuꝫ eſt que natura ꝛ ſm̄ naturam ſunt: natura enim omnib⁹ cauſa ordinationis eſt. Sed querit de quo ordine intelligit. Ordo enim determinat ſm̄ prius ꝛ poſterius. ¶ Sol'o quot modis dicit prius tot modis erit ordo. prius aūt alterum altero quadrupliciter dicit. ſ. ſm̄ tempus ꝛ ſm̄ intellectū: ꝛ hoc eſt ſm̄ nām ſimplicitatis ꝛ ſm̄ ordinem diſcipline ſicut lr̄e in grāmaticis ſunt priores ſyllabis ꝛ ꝓhemiuꝫ in rethoricis prius eſt narratione. ꝛ prius ſm̄ dignitatem qđ melius ꝛ honorabilius eſt. dicit enim prius ea qđ reducit ad prius rōne ꝛ intellectu. Ordo igitur vniuerſi ſm̄ aliquē iſtoꝝ modoꝝ deberet determiari: ꝛ patet ꝙ ſm̄ nullum oīa ordinata ſunt: ergo videt non generaliter eē ordo in partibus vniuerſi. Similiter inſtātia videt eſſe in malo: cum enim ordo ſit ad finem ꝛ malum priuat fine: videbit maluꝫ eſſe inordinatū. ¶ Preterea de inferno dicit in Job ꝙ ibi nullus eſt ordo ſed ſempiternus horror. Cum ergo infernus ſit de creaturis aliqua creatura videt eē ſine ordine. ¶ Sed cōtra hoc videt eē qđ dic̄ Dionyſius in 4° cap° de diuinis noībus. ꝙ malum ad oēm plenitudinem ꝯferens hoc eſt ꝯferens ad plenitudinem. Quicquid aūt ꝯfert ad plenitudinem alicui⁹ habet ordinem ad illud: ergo malum ordinem hēt in vniuerſo. ¶ Item in Yſa. dicit ꝙ dn̄s eſt creans lucem ꝛ faciens tenebras: ꝛ creans malum ꝛ faciens bonum ergo malum eſt a deo. Et aplus dicit ad romanos que a deo ſunt ordinata ſunt: ergo malum videtur eſſe ordinatuꝫ. ¶ Sol'o tribus ordinibus ordinatum eſt vniuerſum. ſ. in ſe ꝛ ad hominem: ꝛ ad deum creantem. In ſe aūt triplicem habet ordineꝫ generaliter loquendo. ſ. locati ad locum: ꝛ mouentis ad motum: ꝛ potentie ad actum. Et de his plura dicta ſunt in qōnibus de operibus ſex dierum. ¶ Ad homineꝫ aūt creaturarum multiplex eſt ordo. dicit enim apoſtolus ꝙ omnia noſtra ſunt: ſuperiora enim noſtra ad miniſteriuꝫ in cuſtodiendo hoc ꝛ ad iocunditateꝫ ſocietatis in futuro. Inferiora aūt bona noſtra ſunt ad neceſſitatem vite in cibo: ꝛ ad iuuamentum laboris uel ad exercitium ſapientie in ipſis: uel ad exercitium virtutis: ꝛ huic ordini ſubiacet etiam malū lꝫ eniꝫ in ſe careat fine proprio tamen in altero utente malo bn̄ multiplicem habet bonum finem: uel patiente in malis ab altero illatis uel cōpaſſionibus ſuper peccatores uel cautela: qꝛ felix eſt ille quem faciunt aliena pericula cautum. Et ſic intelligit Dio⁹ ꝙ maluꝫ eſt conferēs ad oēm plenitudinē. Et dicit Aug⁹ ꝙ deus nō permitteret ma-

lum fieri si non posset ipo uti in bonuz: nos tamen alibi disputabimus de malo. Qd tamen obijcitur de inferno dicendum q infernus non habet ordinem ad naturam bene constitutam: sed ad naturam depravatam malicia z peccato ordinatur ut instrm iusticie vindicãtis. est eniz decorus fur in patibulo. Et sm Ambrosium. Judas sedet in iferno sicut margarita in auro. ¶ 3° ordo vniversi est ad deum sicut dicit Dio°. q deus omnibus equaliter adest: sed non omnia sibi equaliter assunt: eo q non equaliter bonitates suas participant seu percipiunt. bonitates autem sue sunt esse z viuere z cognitio sensibiliũ z intelligibilium: z entia que plura de his percipiunt z nobiliori modo sunt ei propinquiora. que vo pauciora z modo minus nobili sunt remotiora per conuenientiã essentie ut existẽtia tm̃ in ultimo gradu: existẽtia autem viua z cognitiua z immortalia in primo: existentia autẽ z viua z existentia viua z sentientia rationabilia mortalia in medijs gradibus: eo q sunt cause entitatis participate a pma causa: z sunt ordinate: ita q esse est pma causa que sola influit super creatum sed nulla alia sine ipsa. viuere autem est secũda que non influit sine prima: sed bene influit sine tertia: z sic de alijs. Et hec de creaturis dicta sufficiant.

¶ Explicit
Secunda Pars Summe Alberti Magni Ratispaneñ Epi De homine.
Venetijs Impssa Impẽsis dñi
Andree Torresani de Asula: arte vo Simonis de luere. xvj° februarij. 1498.
Feliciter.


Registrum huius secunde partis.

n	¶ Incipit	ais	.s.in	mus
o	nostra.	z rõnem.	pncipiũ	mode
p	pto	z educunt	articulo	qd est
q	focillat	¶ Querit	catum	anime
r	cto visus.	fintat	z ita	dam
s	diatur	ına	nihil	violẽtiã:
t	nit gra	phus	de tactu	¶ Ad
v	sibili	nihil est	eus z	pars
x	materie	sensus	Quorũcũqz	introitus
y	paliter	sensibilis	signo	apphẽse
z	intellectus	videt	mobilis	dimus
z	tem ex	denudatũ	Silr	z incõplexũ
ɔ	corpus	dib° dicit	vindicare	eleuatũ
ꝝ	idem	erronea	dicũt	totam
aa	net: cum	quia	ctum	



¶ Tabula questionum libri de homine Alberti Magni Ratisbanen̄. episcopi.

Finis.


n° 182